

Hermanni Vseneri lectiones Graecae.

(continuatae e vol. XXIII p. 147 sqq.)

X Electram Sophocliam virgines Argivae consolaturae his verbis allocuntur v. 153 sqq.

οὔτοι σοὶ μούνα τέκνον
ἄχος ἐφάνη βροτῶν,
155 πρὸς ὃ τι σὺ τῶν ἔνδον εἶ περισσά,
οἷς ἠμόθεν εἶ καὶ γοναῖ ξύναμιος,
οἷα Χρυσόθεμις ζῶει καὶ Ἰριάνασσιν
κρυπτῆ τ' ἀχέων ἐν ἡβῃ,
160 ὄλβιον ὃν ἄ κλεινὰ
γὰ ποτε δέξεται εὐπατρίδαν κτε.

responsum nuper tamquam ex tripode tulimus, insanire qui non sentiat consummatam in his verbis poetae artem. videlicet non esse participium quod de Oreste dicatur ἀχέων, sed genitivum coniunctum cum κρυπτῆ. quam structuram quod audaciorem Godofredus Hermannus iudicaverit, sibi quidem vir ait et ingeniosus et stomachosus non magnam eam audaciam videri esse. iure sane meritoque participium illud ἀχέων vapulavit. sed in genetivo ἀχέων ad absconditum adolescentem relato ego quidem non tam Sophoclis poetae quam Hermanni interpretis agnosco artificium. neque audacem eam esse compositionem sed intolerabilem contendo. nam cum Liberum infantem Euripides κρυπτόν ἀφ' Ἡρας dicit, minime κρυπτόν ille ad eorum vocabulorum deflexit similitudinem, 'quae separata ab aliis significant', sed separandi notio praepositione sola continetur, quae prorsus eodem pacto adhibetur quo ἀπὸ Θαλάσσης οἰκεῖν, ἀπὸ σκοποῦ βάλλειν, ἀπὸ γνώμης λέγειν dici licitum fuit. Xenophontem porro quis existimabit 'similius etiam Sophocli' locutum οὐδὲν γὰρ τούτων ἐστὶν ἀπόκρυφον πατρὸς τῆ καλῶ τε

καγαθῷ ἐραστῇ (convivii c. 8, 11), nisi qui eiusdem ἀπὸ praepositionis vim usumque non noverit?

Ita cum et nomen ἀχέων et verbum respuat locus Sophocleus, medela circumspectanda est. subest autem sub illo ἀχέων participium ἀνέχων. id verbum intransitive dictum in omne cadit quicquid emergit et sursum tendit. quod si fere legitimum est de sole, non minus tamen apte plantis vel hominibus sub undas natantibus datur. cf. Herod. VIII 8 ἦν γὰρ ἐν τῷ στρατοπέδῳ τούτῳ Σκυλλίης Σκιωναῖος δύτης τῶν τότε ἀνθρώπων ἄριστος λέγεται γὰρ ὡς ἐξ Ἀφρετίων δὲς ἐς τὴν Θάλασσαν οὐ πρότερον ἀνέσχεσθαι ἢ ἀπίκετο ἐπὶ τὸ Ἀρτεμίσιον, quod praeiverat Homerus Od. ε 320 οὐδ' ἐδυνασθή αἶψα μάλ' ἀνοχεθέειν μεγάλου ὑπὸ κύματος ὄρηϊς. eadem ratione etiam ἀνέχουσι qui malorum quasi fluctibus oppressi se extollunt, ut Sophocles dixit Oedipi regis v. 174 οὕτε τόκοισιν ἡτῶν καμιάτων ἀνέχουσι γυναῖκες, similiterque bis coupositum ἐπανέχειν est 'se sustentare': id apud Demosthenem or. de Aeschine male legato § 51 p. 357 μηδ' ἀμύνονται μηδ' ἀντέχουσι οἱ Φωκεῖς ἐπὶ ταῖς παρ' ἡμῶν ἐπανέχοντες ἐλλπίου, ἀλλ' ἀπογνόντες ἅπαντα αὐτοὺς ἐγγειρίσασιν recte in Augustano codice sive traditum sive correctum est: cetera quae libri suppeditant, cum contrario quod est ἀπογνῶναι conciliari nequeunt. vides igitur quam adpositum sit ad minuendum Electrae maerorem, cum ἀνέχειν Oresten ἐν κρυπτῇ ἡβᾷ chorus significat, h. e. sive mavis crescere et adulescere, sive tamquam lucem ex tenebris emergere.

XI Breviter de aliis quibusdam Sophoclis locis monebo. Oedipo regi instanti, ut omnem de Laïo interfecto veritatem audiat, Tiresias pertinaciter resistit, verbis obscuris caedis auctorem indicans v. 328

πάντες γὰρ οὐ φρονεῖτ'· ἐγὼ δ' οὐ μὴ ποτε
τᾶμ' ὡς ἂν εἶπω μὴ τὰ σ' ἐκρήνω κακά.

obscuritatem a poeta quaesitam librarii et grammatici ita auxerunt, ut sana ex verbis sententia iam erui non possit multumque in emendandis desudarint editores. sed deformitas lectionis eo orta videtur esse, quod unius vocolae ὡς accentum librarii neglexerant; relativa ea quidem coniunctio est, sed vocabulo quo refertur τᾶμά postposita. Tiresias enim, ego, inquit, numquam profecto admittam ut dum mea dicere simulem, tua simul eloquar mala. scribendum igitur puto ἐγὼ δ' οὐ μὴ ποτε τᾶμ' ὡς ἀνειπῶν καὶ τὰ σ' ἐκρήνω κακά.

In Oedipi Colonei versibus his

ἤδη δ', ὀθύνεκε' ἄνδρα καὶ πατροκτόνον
 945 κἀναγνον οὐ δεξοίατ', οὐδ' ὄπι γάμοι
 ξυνόντες ἠρξέθησαν ἀνόσιοι τέκνων

ferri nequit γάμοι ἀνόσιοι τέκνων, quod de Oedipo matris marito dicitur. sed vereor ne viri docti emendationem longius repetierint, dum aliud pro τέκνων vocabulum circumspicunt. optime illud habet, modo dativum τέκνωι restitueris. atque dativum singularem, non genitivum pluralem legebat, cuius inter scholia Laurentiani codicis haec est adnotatio: παρόσον αὐτὸς τέκνον ἐστὶ τὴν μητέρα γεγαμηκώς.

Aiacis v. 510

οἴκτειρε δ' ὤναξ παῖδα τὸν σὸν, εἰ νέας
 τροφῆς στερηθεῖς σοῦ διοίσεται μόνος
 ἔπ' ὄρφανιστῶν μὴ φίλων

σοῦ genitivum cum participio στερηθεῖς iungi par est ut Eurip. Phoen. 991 μητρὸς στερηθεῖς ὄρφανός τ' ἀποζυγείς, neque ullo modo potest ad adiectivum μόνος referri, quo eadem sententia quae in v. στερηθεῖς σοῦ inest et brevius et validius iteratur. sed quid genitivo νέας τροφῆς faciemus? id verbo διοίσεται patefiet, recte iam in scholiis explicato διάζει καὶ βιώσεται. scilicet ut cum activa verbi forma βίον δύνεγκε Euripides dixit Helenae v. 10, διοίσω πότιμον idem Hippol. 1132, διαφέρειν τὸν αἰῶνα Herodotus III 40, eodem iure potuit medio genere et significatione βίον διαφέρεσθαι dici, quamvis quod Lobeckius in editione altera potulit exemplum ex Hippocrate p. 257 in. Foes. potius passivi quam medii sit generis. atque sic Sophocles hoc loco iunxit νέας τροφᾶς διοίσεται 'aetatem teneram deget' cf. supra v. 499 ξὺν παιδί τῷ σὺ δουλίαν ἔξεν τροφήν, Oed. Col. 362 ζητοῦσι τὴν σὴν ποῦ κατοικοῖης τροφήν.

Eiusdem fabulae versibus 788 sq.

nunt. πάρεσε' ἐκεῖνος (Teucer) ἄρι· τήνδε δ' ἔξοδον

ὀλεθρίαν Αἴαντος ἐλπίζει φθάνειν (φέρειν cod., corr. Badhamus).

Tecm. οἴμοι τάλαινα, τοῦ ποτ' ἀνθρώπων μαθῶν;

nunt. τοῦ Θεστορείου μάντεως,

quibus praeluditur loco vexatissimo v. 802, vitium eximam, quo et loci difficillimi emendatio impeditur tardaturque et interrogatio Tecmessae parte sententiae graviore fraudatur. necesse est Sophoclem duplici interrogatione edidisse τοῦ τί γ' ἀνθρώπων μαθῶν, non tamquam omnia Tecmessa iam cognosset τοῦ ποτ' ἀνθρώπων.

Philocteta Vlixis dolo captus inimicum v. 1031 sq. increpat

πῶς ὦ θεοῖς ἔχθιστε νῦν οὐκ εἰμί σοι

χωλὸς δυσώδης; πῶς θεοῖς εὔξεσθ' ἔμοῦ

πλεύσαντος αἰθεῖν ἰρά; πῶς σπένδειν εἶ;
 αὕτη γὰρ ἦν σοι πρόφασις ἐκβαλεῖν ἐμέ.

ibi egregio acumine Piersonus in verbo εὔξεσθε prorsus absono et ab infinitivis αἰθεῖν et σπένδειν alieno verbum εὔξεσα detexit (nisi quis futurum tempus ἐξέσται mavolt, sed cf. νῦν), reliquam difficultatem non solvit. nullo enim artificio ἐμοῦ πλεύσαντος effici poterit ut sit ἐμοῦ συμπλεύσαντος. sed hoc vitium quo modo tolli debeat, commode testimonio antiquo docemur, cum in codice olim abbatae Florentinae ad v. ἐμοῦ varia lectio adscripta sit ὁμοῦ. scribendum πῶς θεοῖς ἔξεσθ' ὁμοῦ (scil. ἐμοί) πλείσαντας αἰθεῖν ἰρά.

In Trachiniarum v. 419 sq.

οὔκουν σὺ ταύτην, ἣν ὑπ' ἀγνοίας ὄραξ,
 Ἰόλην ἔφρασκες Εὐρύτου σποράν ἄγειν;

quibus Licham dissimulantem se quicquam de muliere captiva conpertum habere nuntius coarguit, Reiskius στέγεις legendum esse pro ὄραξ recte vidit (cf. Soph. Oed. reg. 341 καὶ ἐγὼ σιγῇ στέγω, Philoct. 136, fragm. 614 p. 223 Nauck.). sed quae in v. ὑπ' ἀγνοίας inest nescientis vituperatio, ea debebat in dissimulantem intendi, opus igitur est dativo ὑπ' ἀγνοία στέγεις, cf. Eurip. Phoen. 1221 κακὸν τι κεύθεις καὶ στέγεις ὑπὸ σκότῳ.

XII In Euripidis Phoenissis Tiresias diu reluctatus tandem a Creonte cogitur coram Menoeceo regis filio vaticinium de salute Thebanorum edere v. 914 sqq.

914 ἄκουε δὴ νῦν θεοφάτων ἐμῶν ὁδόν'
 916 σφάξαι Μενοικέα τόνδε δεῖ σ' ὑπὲρ πάτρας
 σὸν παῖδ', ἐπειδὴ τὴν τύχην αὐτὸς καλεῖς.

in his etsi H. Hirzelius de Euripidis in componendis diverbiis arte p. 36 versum 914 recte contra Nauckii suspicionem tutatus est, tamen ordo sententiarum pessime turbatus est neque cum vatis erga regem verecundia satis convenit hoc paene contumax et excusatione carens sermonis gravissimi exordium ἄκουε δὴ νῦν κτλ. atqui illa excusatio aperte verbis ἐπειδὴ τὴν τύχην αὐτὸς καλεῖς continetur, quibus versus 900 sententia (Cr. μείνον. τί φεύγεις; Tir. ἡ τύχη σ' ἀλλ' οὐκ ἐγώ) eleganter refertur: ea haud dubie in fronte responsi posita erant ab Euripide. nobis, antequam suo loco versum 917 reddamus, restituendum τὸν παῖδα pro σὸν et ἐπεὶ γὰρ pro ἐπειδὴ, cetera iam expedito cursu defluunt:

τὸν παῖδ' — ἐπεὶ γὰρ τὴν τύχην αὐτὸς καλεῖς,
 ἄκουε δὴ νῦν θεοφάτων ἐμῶν ὁδόν' —
 σφάξαι Μενοικέα τόνδε δεῖ σ' ὑπὲρ πάτρας.

artem poetae, qui etiam nunc Tiresiam cunctanter vaticinium eloquentem et in Menoecei nomine quasi haerentem veniamque petentem fecit, nemo non perspicit qui priorem scaenae partem inde a v. 894 perlegerit. Eandem illam erga Creontem voluntatem, ob quam aegre vates ut tristem necessitatem regi panderet adductus erat, in proximis versibus etiam peius librarii obscuraverunt:

Creon *τί φής; τιν' εἴπας τόνδε μῦθον ὃ γέρον;*

Tir. *ἄπερ πέφυκε, ταῦτα κἀνάγκη σὲ δρᾶν.*

920 Cr. *ὃ πολλὰ λέξας ἐν βραχεῖ λόγῳ (χρόνῳ codd., corr.*

Nauckius) *κακά.*

mitto quae viri docti coniecerunt. qui omnes Tiresiam vel ineptientem reddunt vel parum sibi constantem. opinantur autem versus 919 enuntiato relativo et apodosi constare, cum unum praebeat enuntiatum relativum a verbo dicendi pendens, quo vates qualia effatus sit denotat. sic enim haud scio an Euripides scripserit: *ἄπερ πέφυκ' οὐ τλητὰ κἀνάγκη σε δρᾶν*, nisi mavis, quod sane praestat, opposita dispertiri duplici coniunctione, ut *ἔ καὶ* pro *ἄπερ* ponatur. talia, inquit Tiresias, tibi indicavi, quae etsi intellego vix tolerari posse, tamen tibi sint subeunda.

In eadem fabula cum patrem Antigona adloquitur v. 1537

*κλίεις ὃ κατ' ἀλλὰν ἀλαίνων γεραῖον
πόδα δεμνίους δύστανος λαύων;*

qua ratione participium *ἀλαίνων* cum verbis *δύστανος* (nam sic cum cod. Florentino C scribendum erat, non *δύστανον*) *λαύων* coniungatur, haud facile quisquam dixerit. neque hanc difficultatem Valckenaerius solvit doctissima adnotatione, qua huic loco similem ut putat adhibet Electrae v. 202 *τοῦ τε ζῶντος ἀλάτα, ὅς που γῶν ἄλλαν κατέχει μέλεος ἀλαίνων ποτὶ θῆσσαν ἐστίαν*. sed ut rectissime illic Orestes 'peregre vagans' dicitur, ita hoc loco Oedipus simul et vagans et quiescens dici nequit, cum participium in nominis significationem numquam abierit. aliud igitur aliquid in participio apud Euripidem non insolito latet, nisi fallor, *τάλαιναν*. cf. Sophocl. Philoct. 1088 *ὃ πληρέστατον ἀλλιον λυπᾶς τᾶς ἀπ' ἐμοῦ τάλαιναν*.

Herculis furentis v. 457

*ἦ, πολὺ με δόξης ἐξέπαισαν ἐλπίδες,
ἦν πατρὸς ὑμῶν ἐκ λόγων πότ' ἤλπισα*

quae a viris doctis ut depravato loco opem ferrent excogitata sunt, eo nomine sunt vitiosa, quod molestum radicis *ἐλπιδ* iterationem non evitarunt. operam perdet, qui aliquid genuini verique in nomine *ἐλπίδες* inesse censuerit, quod nil est nisi glossema vocis *δόξης*, ex genetivo *ἐλπίδος* natum et extrita genuina versus clausula inculca-

tum. Euripides aut τ' πολὺ με δόξης ἐξέπαισαν αἱ τύχαι scripserat (cf. infra v. 478 μεταβαλοῦσα δ' ἢ τύχη —), aut οἱ θεοί.

Herculis ibidem verba de vita desperantis v. 1268 sqq. qui attente inspexerit, heroem, postquam nullam urbem esse in quam refugeret demonstravit (v. 1268—1277) eoque insaniae progressus est ut terram ipsam et maria augeretur sibi aditum interductura (v. 1281 sq.), ultro intelleget non posse iam addere v. 1286. 7

καὶ ταῦτ' ἄριστα μὴδέν' Ἑλλήνων μ' ἔραῖν,
ἐν οἷσιν εὐτυχοῦντες ἤμεν ὄλβιοι,

quae verba et ipsa non solum frigida sunt sed ne perspicua quidem satis (v. ἤμεν ὄλβιοι enim, si quid sani inest, significant: dicebamus vel existimabamur a Graecis beati), sed hanc unam posse sequi sententiam (v. 1288 sq.)

τί δ' ἤτά με ζῆν δεῖ; τί κέρδος ἐξομεν
βίωτον (sic Nauck. pro βίον τ') ἀχρεῖον, ἀνόσιον κεκτημένοι.

histrionum igitur illud additamentum ex Euripidio corpore tollendum est, neque minus quae proxime antecedit inepta exaggeratio v. 1284 sq.

πηγαί τε ποταμῶν καὶ τὸν ἄρματῆλατον
Ἴξιον' ἐν δεσμοῖσιν ἐκμιμήσομαι.

XIII Tragicorum reliquiis sepositis a locis ad artis tragicae historiam pertinentibus maculas aliquot abstergam. tragoediae quasi gradus quosdam quibus ad perfectionem adscenderit ad Aristotelis exemplum et Laertius Diogenes et Themistius memorant, uterque paullulum librariorum culpa depravatus. ille III 56 ὥσπερ δὲ τὸ παλαιὸν ἐν τῇ τραγωδίᾳ πρότερον μὲν μῖνος ὁ χορὸς διεδραμάτιζεν, ὕστερον δὲ Θέσπις ἓνα ὑποκριτὴν ἐξεῦρεν ὑπὲρ τοῦ διαναπαύεσθαι τὸν χορὸν καὶ δεύτερον Αἰσχύλος, τὸν δὲ τρίτον Σοφοκλῆς, καὶ συνεπλήρωσαν τὴν τραγωδίαν: sic vel Cobetus edidit. sed audi apodosin: οὕτως καὶ τῆς φιλοσοφίας ὁ λόγος πρότερον μὲν ἦν μονοειδὴς ὡς (?) ὁ φυσικός, δεύτερον δὲ Σωκράτης προσέθηκε τὸν ἡθικόν, τρίτον δὲ Πλάτων τὸν διαλεκτικὸν καὶ ἐτελεσειούργησε τὴν φιλοσοφίαν. ain necessario scribendum esse καὶ συνεπλήρωσαν τὴν τραγωδίαν? cf. qui fundus est huius memoriae Aristotelem poet. 4 καὶ πολλὰς μεταβολὰς μεταβαλοῦσα ἢ τραγωδία ἐπαύσατο, ἐπεὶ ἔσχε τὴν αὐτῆς φύσιν. Themistius magis a viris doctis quam a librariis vexatus est: qui quod or. XXVI p. 382, 16 Dind. ex editorum fide dicere videtur καὶ οὐ προσέχομεν Ἀριστοτέλει ὅτι τὸ μὲν πρῶτον ὁ χορὸς εἰσιῶν ἦδεν εἰς τοὺς θεοὺς, Θέσπις δὲ πρόλογόν τε καὶ ᾄδην ἐξεῦρεν, Αἰσχύλος δὲ τρίτον ὑποκριτὴν καὶ ὀκριβαντας, τὰ δὲ πλείω τούτων Σοφοκλέους ἀπελεύσαμεν καὶ Εὐριπίδου, aperte cum *

rerum certissima memoria pugnat. sed cum liber Ambrosianus *ὑποκριτὰς* plurali numero testetur, apparet non in Themistium ignorantiae crimen cadere. varia igitur temptata sunt, ut vitium tolleretur: Dindorfius proposuit *τρεῖς ὑποκριτὰς*, O. Iahnus *ὑποκριτὰς* deleto vocabulo numerali, Iac. Bernaysius *διπτὸν ὑποκρ.* nemo intellexit quam bene *τρίτον* quadret, non adiectivum id quidem sed adverbium ordinis (cf. *τὸ μὲν πρῶτον*). illud autem quod sane deesse nequit, numerum dico histrionum, prima vocabuli *ὑποκριτὰς* littera haustum est: *υ*, de qua sive litterae *β* sive numeralis notae *β* forma non opus est eos qui vetustiores codices Graecos tractaverunt, verbo moneri. scripsit igitur Themistius *Αἰσχύλος δὲ τρίτον δύο ὑποκριτὰς*.

De morte Sophoclis fabula haec in vita poetae p. 10; 8 ed. Iahn. narratur: *οἱ δ' οὐ μετὰ τὴν τοῦ δράματος ἀνάγνωσιν, ὅτε νικῶν ἐκηρύχθη, χαρᾷ νικηθεὶς ἐξέλιπεν*. incertum erit de tragodia quae indicatur iudicium. quanam fuerit, et Valerius Maximus et Plinius tacent, neque Diodorus Siculus (*τὴν ἐσχάτην τραγωδίαν εἰσαγαγόντα καὶ νικήσαντα*) opem nisi fallacem suppeditat. nam etsi facile *τοῦ τελευταίου δράματος* scriptum in vita fuisse conicias, tamen nomen potius fabulae exspectes. id autem aut a libris omissum aut quod probabilius videtur, ab ipso scriptore, quippe qui nesciret nec vellet fingere. sed quam existimabimus *ἀνάγνωσιν*, cum de victoria in theatro reportata agatur? Tzetis concedemus, ut *ἀνάγνωσιν* dicant actionem scaenicam: in hac vita corrigemus *ἀναγόμευσιν*. quodsi *μετὰ τὴν ἀναγόμευσιν* paene idem tibi videtur quod *ὅτε νικῶν ἐκηρύχθη*, observes velim artificiosum acumen, quo Sophocles et victor et gaudio victus (*χαρᾷ νικηθεὶς*) iuxta ponuntur.

Poetas tragicos, postquam sive Aeschylis sive Phrynichi auctoritate mos obtinuit, quaternas fabulas in certamen committere summis Dionysi festis, Liberalibus certe urbanis, omnes solitos esse non solum propter rerum sacrarum naturam paene necesse est sed etiam idonea testimoniorum copia confirmatur. sic, ut vetustiores et Sophoclem cum Euripide mittam, Meletus Philocles Xenocles Plato, poetae denique quorum fabulae ol. 108, 3 actae in titulo lacero Boeckhii c. inser. n. 231 recensentur, tetralogias scripserunt. lex igitur certaminis cum ultra medium saeculum ante Chr. quartum servata sit, quomodo illa aetate singulas tragoedias poetae docere potuerint, ne fingi quidem potest. sed obstat Platonis de Agathonis primâ victoria testimonium convivii p. 173^a *ὅτε τῇ πρώτῃ τραγωδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων*, quam victoriam ol. 90, 4 (416) Lenaeis

reportatam esse Athenaeus V p. 217^a tradit. eorum qui singularem Agathonis fabulam intellegebant, sententia sic tantum probabilis erit, si Lenaeis non quaternas sed singulas tragoedias actas esse probatum fuerit. id quod A. Boeckhii vir summus efficere studuit prooemio indicis lectionum Berol. 1841, refutatus ille a Th. Bergkio commentationis de vita Sophoclis p. XXX adn. 123. neque quidquam in contrariam partem Diodori valent de Dionysii tyranni victoria ol. 103, 1 verba XV 74 Διονυσίου τοῖνον δεδιδαχέντος Ἀθήνησιν Ἀθηναίοις τραγωδίαν καὶ νικήσαντος. veteres enim scriptores, quibus τραγωδία et genus fabularum et singula fabula erat, non τετραλογία νικῆσαι dicebant sed aut τραγωδοῖς aut τραγωδία. cf. marmor Parium v. 65 Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγωδία πρῶτον ἐνίκησε, 72 Σοφοκλῆς . . . ἐνίκησε τραγωδία, 75 Εὐριπίδης . . . τραγωδία πρῶτον ἐνίκησεν, Xenoph. comment. Socr. I 4, 3 ἐπὶ μὲν τοῖνον ἐπῶν ποιήσει Ὀμηρον ἔγωγε μάλιστα τεθαύμακα, ἐπὶ δὲ διθυράμβῳ Μελανοπίδην, ἐπὶ δὲ τραγωδία Σοφοκλέα; multa similia alia. itaque Diodorus cum Dionysium δεδιδαχέναι τραγωδίαν testatur, quatuor fabulas tragicas dixisse videtur. an Tzetzae credes chil. V 180 Ἐκτορος λύτρα solam memoranti? cuius auctor, ut posteriore aetate saepius factum esse videmus (cf. Welckerus de trag. Gr. p. 989), clarissimam inter quatuor fabulas elegerat. accedit quod certum ut mihi quidem videtur testimonium praesto est, satyricas fabulas a Dionysio scriptas esse. quis enim cum Welckero (l. s. p. 1234) opinetur Silenum Herculi aegrotanti clysterem adplicantem alibi quam in satyris locum habuisse? Quodsi nil est quo Lenaeis singulas fabulas in scaenam committi solitas probari possit, restat ut Agathonis¹ non minus quam Aeschyli ceterorumque in marmore Pario poetarum τραγωδίαν quatuor fabulis constituisse statuamus. atque hoc necessarium esse iam Welckerus l. s. p. 988 sq. recte perspexit. sed haec vocabuli interpretatio cum τῇ πρώτῃ conciliari nequit. desinit enim τραγωδία nomen generale esse, simulatque accedunt, quibus ab aliis tragoediis discernatur. ac Plato qui saepe absolute nomen ponit, aequè τὸς ποιητὰς τὸς τῶν τραγωδιῶν dixit apolog. Socr. p. 22^a atque οἱ τῆς τραγωδίας ποιηταί (rei p. VIII

¹ tetralogias Agathonis plane confirmat, quod satyrica dramata ab eo scribi solita esse Aristophanes docet thesmophor. 157 ὅταν σατύρους . . . ποιῆς. Welckerus tamen nimis acute vidit l. s. p. 988, cum in convivio Plat. p. 222^a Socratis ad Alcibiadem verba ἀλλ' οὐκ ἔλαθες ἀλλὰ τὸ σατυρικόν σου δράμα καὶ σιληρικὸν κατάδηλον ἐγένετο eodem spectare censuit.

p. 568^b); similiter Aristophanes ran. 90 *μειρακύλλια τραγωδίας ποιούντα* et av. 1444 *ὁ δὲ τις τὸν αὐτοῦ φησιν ἐπὶ τραγωδία ἀνεπερῶσθαι*. is igitur qui *τραγωδίας* singulas fabulas dixit, non potuit *πρώτην τραγωδίαν* tetralogiam vocare. quid plura? corrigendum est *ὅτε τὸ πρῶτον τραγωδία ἐνίκησεν Ἀγάθων*.

Coniunctus cum hac quaestione est Suidae conclamatus locus, quo de Sophocle ait *καὶ πρῶτος ἤρξε τοῦ δράμα πρὸς δράμα ἀγωνίζεσθαι ἀλλὰ μὴ τετραλογεῖσθαι* (ut egregie F. Naekius de Choerilo p. 9 emendavit pro *στρατολογεῖσθαι*). nemo non videt neque verborum structuram ferri posse neque id eis inesse, quod unum de Sophoclea tragoediarum ratione tradi poterat, eum primum coepisse quaternas fabulas non rerum ordine continuato scribere sed argumentis diversas et disiunctas. fortasse scriptum fuit *τοῦ δράμα πρὸς δράμα διορίζεσθαι*, quod verbum eo facilius corrumpi potuit quod posteriore aetate in commissura vocabulorum conpositorum producta vocalis *ω* pro brevi poni pravo more solebat. de praepositione cf. Lucianus de conscrib. hist. 7 (9) *ἀγνοοῦντες ὡς οὐ σιενῶ τῆ ἰσθμῶ διώρισται καὶ διατετελεισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον*. Quod in eodem Suidae capite de histrionum numero perhibetur *καὶ πρῶτος τὸν χορὸν ἐκ πεντεκαίδεκα εἰσήγαγε νέων, πρότερον δυοκαίδεκα εἰσιόντων*, ibi qui vitiosum v. *νέων* emendaturi erant, non attenderunt, quid graecus sermo postulet. participio quod ad *χορὸν* referatur opus est. fortasse *νέων* ex novissimis syllabis decurtati *συνκείμενον* ortum est.

XIII Lepidissimae scaenae, qua in Aristophanis vespis Philocleo senex tibicinam domum abducens a filio corripitur et arguitur, artificium alio tempore enarrabo. nunc, ut unius in ea scaena versus 1373 emendationi viam muniam, hoc adnotasse sufficiet, artem qua filium senex temulentus eludere studet eo maxime contineri, quod muliercula aliquot facibus circumdata (v. 1361) tamquam fasciculus facularum vel maxima lampas esse ipsa videatur. hinc fit ut quot filius signa meretricis dicat, eadem senex ad lampadem detorqueat:

Bdelycl. *νῆ τὸν Δ' αὐτῆ ποι' στί σοί γ' ἡ Λαοδανίς.*

Philocl. *οὐκ ἀλλ' ἐν ἀγορᾷ τοῖς θεοῖς δᾶς κάεται.*

Bdel. *δᾶς ἦθε; Phil. δᾶς δῆτ'. οὐχ ὄραξ ἐστιγμένην;*

Bdel. *τί δὲ τὸ μέλαν τοῦτ' ἐστὶν αὐτῆς τὸν μέσῳ;*

1375 Phil. *ἡ πῖττα δῆπου καομένης ἐξέρχεται.* etqs.

Aristophanes si quidem iocari doctus fuit, etiam v. 1373 tale signum proferre debuit, quod aequè in lampadem atque in mulierem caderet. sed quid est *ἐστιγμένη*? et mulier quidem potuit puncta

dici sive ut serva sive ut Thraessa (sic scholion codicis Veneti ἢ ὡς Θραῖσσαν καὶ Δαρδανίδα τὴν αὐλητρίδα διὰ τὸ κεκαλλωπισμένην εἶναι) sive denique, si scholio Ravennati corrupto obsequimur (δισαγμένης, διερρηγμένης περὶ τοῦ γυναικείου αἰδοίου, scrib. δισαγμένην, διερρηγμένην· ἐπὶ τοῦ —), omnino ut mulier. faces vero quis *ἔστιγμένας* dixerit? antiqui grammatici respondent *ἔστιγμένην λέγει τὴν δᾶδα ἔξωγραφημένην· ἔγραφον γὰρ καὶ ἐκόσμουσαν τὰς λαμπάδας*: quod non fictum neque ut Meinekio videbatur ‘temere excogitatum’ ab illis esse hinc colligas, quod hodieque grandiores lampades quales a catholicis ex voto in ecclesiis accendi solent saepe floribus aliisque rebus pictis distinctas videas. tamen illis Meinekio, qui solus de veritate lectionis dubitavit vindic. Aristoph. p. 35, rectissime opposuit *σιῖζειν* non pingere esse, sed pungere, punctis distinguere. sed *ἔσχιμμένην*, quod placuit viro egregio, certe lampadem Aristophanes dicere non potuit. dixit eam, nisi omnia me fallunt, *ἔσφιγμένην*, vinctam cinctamque. cf. Theocriti id. 10, 45 *σφιγγετ’ ἀμαλλοδέται τὰ δράγματα*, et in alteram partem eiusdem id. 7, 17 *ἀμφὶ δέ οἱ στήθεσσι γέρον ἔσφιγγετο πέπλος ζωστήρι πλακερῶ*, Nonni Dionysiac. I 529 *μίτρη σφιγγομένην ῥοδόεντος ἔταν μαζοῖο*.

In eadem fabula Philocleo v. 548 sqq. beatitudinem vitae iudiciariae describens inter alia exponit, quid laeti sibi, dum reus misericordiam iudicum exorat, accidere soleat v. 568 sqq.

κἂν μὴ τοῦτοις ἀναπειθώμεσθα, τὰ παιδάρι’ εὐθὺς ἀνέλκει
 τὰς θηλείας καὶ τοὺς υἱεὺς τῆς χειρός, ἐγὼ δ’ ἀκροῶμαι.
 570 τὰ δὲ συγκύπτοντα βληχᾶται· κἂπειθ’ ὁ πατὴρ ὑπὲρ αὐτῶν
 ὥσπερ θεὸν ἀναβολεῖ με τρέμων τῆς εὐθύνης ἀπολῦσαι.
 εἰ μὲν χεῖρες ἀρὸς κωλῆ (sic Richter pro φωνῆ), παιδὸς φωνῆν ἐλέτσαις.
 εἰ δ’ αὖ τοῖς χοιριδίοις χεῖρω, θυγατρὸς φωνῆ με πιθέσθαι.

in his quid valeat *ἐγὼ δ’ ἀκροῶμαι* fateor me non perspicere. namque dum infantes reus adducit, quid habet Philocleo quod auscultet? nondum illi quasi signo dato eiulare coeperunt, nondum pater pro eis lamentari. an tam suavis ille balatus est, ut tum maxime cum balaturos exspectat, Philocleo aures arrigat gestiatque audire? non aures, sed oculos homo iudiciorum studiosissimus pascit, dum filii filiaeque rei procedunt. quare corrigito *ἐγὼ δ’ ἀφορῶμαι*, h. e. oculos intendo ut pulcritudinis visu (cf. v. 572 sq.) sensus foveam. eodem verbi genere Aristophanes nubium v. 281 usus est *τηλεφρανεῖς σκοπιὰς ἀφορώμεθα*.

XV Alcaei Messenii facetum epigramma XIII, anthologiae Palatinae VIII 518

*Μακόνου τείχη, Ζεῦ Ὀλύμπιε, πάντα Φιλίππου
ἀμβατά· χαλκείας κλεῖε πύλας μακάρων.
χθρῶν μὲν δὲ καὶ πόντος ὑπὸ σκάπτροισι Φιλίππου
δέδμηται, λοιπὰ δ' ἄ πρὸς Ὀλυμπον ὁδός*

vereor ut nemo recte intellexerit. Meinekius qui in delectum poetarum anthologiae Alcaeam recepit, ne verbum quidem de his versibus fecit, sive quod omiserat quaerere, sive quod Iacobsio assentiebatur, qui animadv. in anthol. vol. I 2 p. 356 'scriptum est' inquit 'in expugnationem Macyni urbis, tam difficilem et periculosam, ut Philippo iam nihil insuperabile videri possit'². adulatus igitur est Philippo eiusque laudes vere caelo aequavit Alcaeus, ὁ τῶν λοιδόρων λάμβων καὶ ἐπιγραμμάτων ποιητής (Porphyrrii sunt verba ap. Eusebium praep. ev. X 3, 23 p. 467^a), qui crudeli odio et insatiabili eundem Philippum, Demetrii filium (cf. Iacobsius animadv. III 3 p. 836 sq.), persecutus est? at illud oppidum in rebus a Philippo gestis alias non memoratum fortasse tam exiguum aut expugnatum facile fuit, ut pusilla re nimium augenda risum poeta captare voluerit? esto. sed quo magis urbs ignota fuit, eo minus apparet, cur tandem hac expugnata nihil iam inaccessum fore Philippo dicatur. ac bellicae artis specimina tam egregia rex captis Aetolorum urbibus (cf. Polyb. 4, 61 sqq.) iam ediderat, ut ista exaggeratio risum meritura potius quam motura fuisset. igitur parvitas certe non sola, sed etiam aliud quiddam in illa urbe notatur, quo non investigato imperfecta erit epigrammatis interpretatio.

Philippus ol. CXL 1 (219) ex Epiro per Acarnaniam profectus in Aetoliam invasit, donec Elao castello prope Calydonem expugnato ceterisque eius terrae locis direptis (πᾶσαν κατασφράγισσας τὴν Καλυδωνίαν Polyb. 4, 65) exercitum reduxit. tunc illud accidisse, quod Alcaeus inridet, recte mihi Iacobsius videtur animadv. III 3 p. 836 statuuisse. proxime enim ab Calydoniae agris afuit et procul dubio eius regionis pars fuit urbs *Μακονία* vel *Μακόνεια* dicta vel *Μάκοννα*, vel denique, nisi *Μακόννας* in epigrammate scribendum est, *Μάκνονον*. cf. Strabo X p. 451 ὑπὲρ δὲ τῆς Μολυκρείας Ταφιασσὸν καὶ Χαλκίδα ὄρη ἰκανῶς ὑψηλά, ἐφ' οἷς πολλίγνα ἴδροντο Μακονία τε καὶ Χαλκίς, id. p. 459 sq. εἰθ' ὁ Ταφιασ-

² hanc interpretationem iam L. Holstenius protulerat ad Stephan. Byz. p. 136 'apparet hoc oppidum situm fuisse loco arduo atque inexpugnabili'.

ὅς τὸ ὄρος, εἶτα Μακυνία πόλις, εἶτα Μολύνκρεια καὶ πλησίον τὸ Ἀντίρριον τὸ τῆς Αἰτωλίας ὄριον καὶ τῆς Λοκρίδος. a Strabone igitur itemque a Stephano Byz. v. Μακύνεια et Plinio n. h. 4, 6 Aetoliae ascribitur, dum Plutarchus eandem inter Locrenses refert quaest. gr. 15 p. 294 sq. ἔνοι δὲ τοῦναντίον πολυάνθεμον τὴν χώραν (sc. τὴν Ὀξολῶν Λοκρῶν) οὕσαν ὑπ' εὐωδίας τοῦνομα λαβεῖν, ὧν ἔστα καὶ Ἀρχύτας ὁ Ἀμφισσεύς· γράφει γὰρ οὕτω· 'τὴν βοτρυοστέφανον μυρίπνον Μάκκυναν ἔρανην'.

Simpliциssimum et primitivum urbis nomen, quod Archytāe versus testatur, Μάκκυννα plane idem est atque Μηκώνη, ut χελώνη acolice χέλυνα (cf. Theognostus in Cram. anecd. Oxon. II p. 101, 6) dicebatur, et Ἐρκῦνα si cum nomine ἐρκάνη contuleris, femininum nominis alicuius evanidi ἔρκων esse apparet. celeberrimus autem Graecorum fabulis locus Μηκώνη fuit. ibi, ut est in theogonia Hesiodica v. 535, ἐκρίνοντο θεοὶ θνητοὶ τ' ἀνθρώποι, h. e. non de suis utriusque honoribus litigabant, sed separabantur et in diversas partes discedebant. nam antea, ut alio Hesiodiorum carminum loco dictum fuit (fr. 218 p. 374 Marcksch.), coniuncti homines cum divinis habitaverant:

ξυναὶ γὰρ τότε δαΐτες ἔσαν ξυνοὶ τε θόωκοι
ἀθανάτοισι θεοῖσι καταθνητοῖς τ' ἀνθρώποις.

pertinet ad hanc fabulam sed ad verba theogoniae explicanda nullo usu est, quod ibidem summa numina de muneribus inter se distribuendis sortita esse ferebantur. id Callimachus versibus ab O. Schneidero philologi t. VI p. 495 feliciter concinnatis tradiderat

Μηκώνην μακάρων ἔδρανον αἴψις ἰδεῖν (ιδεῖν cod.),
ἤχι πάλους ἐβάλοντο, διεκρίναντο δὲ τιμὰς
πρῶτα Γίγαντίου δαίμονες ἐκ πολέμου,

cf. I. H. Vossius epist. mythol. II p. 355 sq.

Vt in plerisque locorum fabulis, sic in hac quoque accidit, ut Graeci quod olim de uno loco divino et extra vitam humanam posito fabulati erant, ad alia alii loca transferrent. non mirum igitur, si eadem quae de Sicyone, quam non diversam a Mecone volebant esse, Peloponnesii fabulabantur, de Macyna Locri ferebant. una enim olim fuerat, sive Μηκώνη ea sive Μάκκυννα dicebatur, urbs divina in confinio deorum hominumque sita. cuius nomen, ut ex eorum similitudine quae mus. Rhen. t. XXIII p. 327 sq. composui colligitur et iam a M. Frid. Lochnero medico doctissimo observatum est meconopaegnii (Noribergae 1713) p. 56, a papavere (μήκων, cf. Μήκων heros) disiungi nequit. nam quasi somno sopiti ex hac

vita in beatorum sedes transferimur. sed nolo hic de opinionibus illis et religionibus promere quae suo loco aptius dicentur. demonstrasse enim mihi videor, omnem illius epigrammatis vim facetiamque eo effici, quod Macyna Aetoliae urbs locusque ille fabulosus inter se confunduntur. quodsi Macyna quasi media inter deos hominesque habita est, quippe qua expugnata iter ad caelum patere Alcaeus dicat, etiam Hesiodium illud ἐκρίνοντο Μηκρώνη qua ratione explicandum sit, nemo iam dubitabit.

XVI Thucydidi II 11 πᾶσι γὰρ ἐν τοῖς ὄμμασι καὶ ἐν τῷ παραντίκα ὄρᾶν πάσχοντάς τι ἀήθεις ὀργὴν προσπίπτει· καὶ οἱ λογιμῷ ἐλάχιστα χρώμενοι θυμῷ πλείστα ἐς ἔργον καθίστανται. haec postquam ut explicarent editores miris modis torserunt, tandem de vitio Herwerdenus stud. Thucyd. p. 24 cogitavit. coniecit ille ἐν τοῖς ἐν ὄμμασι, sed vitium altius haeret. stirpitus evellenda sunt verba ἐν τοῖς ὄμμασι, adscripta olim ut παραντίκα ὄρᾶν intellegerent lectores idem esse atque ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ὄρᾶν, tum adhibita καὶ particula in textum inlata. adverbium παραντίκα etiam l. I 27 grammaticis dignum videbatur, quod notarent, cf. Photius lex. p. 392, 8 παρῖντίκα ἔγγιον τι τοῦ αὐτίκα σημαίνει καὶ ὑπογνώτερον. praeterea post καὶ articulus οἱ delendus est, ut rerum nexus emergat qualem scriptor demonstrare voluit: omnes si quid insoliti sibi videant ante oculos inlatum, ira affici neque iam ratiocinatione usos sed animis inflammatos plerumque ad agendum accedere.

II 36 ἐκείνοι τε (scil. οἱ πρόγονοι) ἄξιοι ἐπαίνου καὶ ἔα μᾶλλον οἱ πατέρες ἡμῶν· κησάμενοι γὰρ πρὸς οἷς ἐδέξαντο, ὄσσην ἔχομεν ἀρχήν, οὐκ ἀπόνως ἡμῖν τοῖς νῦν προσκατέλιπον. τὰ δὲ πλείω αὐτῆς αὐτοὶ ἡμεῖς οἶδε οἱ νῦν ἔα ὄντες μάλιστα ἐν τῇ καθεστηκυῖα ἡλικίᾳ ἐπήυξήσαμεν καὶ τὴν πόλιν τοῖς πᾶσι παρεσκευάσαμεν καὶ ἐς πόλεμον καὶ ἐς εἰρήνην ἀνταρκεστιάτην. haec qui attente legat, desiderabit novissimum successionis gradum, videbitque emendandum esse καὶ τὴν πόλιν τοῖς παισὶ παρεσκευάσαμεν . . . ἀνταρκεστιάτην. facile erat librario errare, facilius docto homini cui verba II 11 πόλιν . . . τοῖς πᾶσιν ἄριστα παρεσκευασμένην in memoria haerebant.

II 39 ἡμεῖς δὲ ἀνεμμένως διαιωόμενοι οὐδὲν ἦσσαν ἐπὶ τοῦς ἰσοπαλεῖς κινδύνους χωροῦμεν. optime huius loci sententiam Herwerdenus aperuit stud. Thuc. p. 29, ego leniore medicina usus eram ἐπὶ τοῦς κινδύνους ἰσοπαλεῖς χ. Minore sententiae incommodo in articulo peccatum est, sed peccatum est tamen I 71 καὶ ἡσυχάζουση μὲν πόλει τὰ ἀκίνητα νόμιμα ἄριστα nec sufficit solita interpretatio (leges inmutatae quales vestrae sunt): poterat et

ἀκίνητα τὰ νόμιμα dici et ἀκίνητα νόμιμα, praestat articulum delere.

VI 17 Alcibiades urbium Sicularum res publicas describens dixisse fertur: καὶ οὐδεὶς δι' αὐτὸ (ob faciles rei publicae mutationes) ὡς περὶ οἰκείας πατρίδος οὔτε τὰ περὶ τὸ σῶμα ὅπλοις ἐξήρτυται οὔτε τὰ ἐν τῇ χώρᾳ μονίμοις (sic Ducas pro νομίμοις) κατασκευαῖς· ὃ τι δὲ ἕκαστος ἢ ἐκ τοῦ λέγων πείθειν οἶεται ἢ στασιάζων ἀπὸ τοῦ κοινῷ λαβῶν ἄλλην γῆν, μὴ κατορθώσας, οἰκήσειν, ταῦτα ἐτοιμάζεται. sententiam recte scholiasta adumbravit: τῶν δημιουργῶν ἕκαστος οὐ τοῦ κοινῇ συμφέροντος στοχάζεται ἀλλὰ οἰκείου λήμματος, εἴτε ἐκ τοῦ λόγῳ πείθειν περιγένοιτο αὐτῷ τὸ λαβεῖν εἴτε ἐκ τοῦ στασιάζειν. οὐ χαλεπὸν γὰρ νομίζεται τῷ μὴ κατορθώσαντι ἐκπεσεῖν τῆς πατρίδος καὶ ἄλλην γῆν οἰκήσαι. ille aut verba extrema ὅτι et ταῦτα ἐτοιμάζεται omnino non curavit (quod quis credit?) aut periodum nondum tam inpeditam legit qualem proposui. nunc enim sententia prorsus perversa est et pessumdata, ut brevis sim, glossemate in glossae locum inculcato. scribendum ὅτι δὲ . . . οἰκήσειν, ταῦτα σχεδιάζεται. non tam firmo ait belli pacisque apparatu Siculos uti quam alios: eum autem idcirco ibi negligentius et tantum non pro tempore parari, quod qui inter cives auctoritate valeant, sibi solum prospicientes bona publica quaestui fore sperent, quod si spe exciderint, alibi habitaturos esse. de glossemate cf. Photius lex. p. 24, 9 ἐσχεδιάζον: ἠτοιμάζον, de genuino verbo etiam Pollux I 171 ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου τεῖχος ἀσθενές, ὠλιγορημένον, αὐτοσχέδιον, ἐσχεδιασμένον κτλ. atque ex antiatticista Bekkeri anecd. p. 83, 4 discimus fuisse, qui σχεδιάζειν verbum muniti sine dubio idoneis testimoniis Atticum perhiberent, αὐτοσχεδιάζειν negarent non recte: contra quos quae exempla proferuntur, Isocratis or. 9, 41 et Thucydidis I 138 (κράπιστος δὲ οὗτος αὐτοσχεδιάζειν τὰ δέοντα ἐγένετο), utrumque significationem agendi prodit.

VI 18 καὶ οὐκ ἔσταν ἡμῖν ταμειέσθαι ἐς ὅσον βουλόμεθα ἄρχειν, ἀλλ' ἀνάγκη, ἐπειδὴ περ ἐν τῷδε καθέσταμεν, τοῖς μὲν ἐπιβουλεύειν τοὺς δὲ μὴ ἀπέναι διὰ τὸ ἀρχθῆναι ἂν ὅφ' ἐτέρων ἀντοῖς κίνδυνον εἶναι, εἰ μὴ αὐτοὶ ἄλλων ἄρχοιμεν. scholiastae paraphrasin διὰ τὸ κινδυνεύειν ἂν ἀρχθῆναι ἡμῶς ὅφ' ἐτέρων etiam nostrates secuntur, αὐτοῖς autem pro ἡμῖν αὐτοῖς dictum existimant. quae si recte statuerent, illud ἂν post αὐτοῖς collocatum esse oportuit. αὐτοῖς autem cur posuit, qui statim εἰ μὴ αὐτοὶ dicturus erat? manifestum est glossema αὐτοῖς κίνδυνον εἶναι, scilicet ut ἀρχθῆναι ἂν planum fieret, neque magis genuinum v. ἄλλον.

XVII Exempla quaedam Godofredus Schaeferus meletematum crit. p. 20 sq. iudicio parum diligenti conguessit ut scilicet probaret verbum μεταδιδόναι non minus cum accusativo quam cum genetivo iungi. in eis unum est quo quod ille volebat probaretur, nisi vitiosum esset, Xenophont. anab. III 5, 5 οἱ δ' ὅψε προσείοντες ξίλα ο'κ εἶχον. οἱ οὖν πάλαι ἤκοντες καὶ τὸ πῦρ κόνοντες οὐ προσείσαν πρὸς τὸ πῦρ τοὺς ὀψίζοντας, εἰ μὴ μεταδοῖεν αὐτοῖς πυροὺς ἢ ἄλλο [π.] εἴ τι ἔχοιεν βρωτόν. ἐνθα δὴ μετεδίδουσαν ἀλλήλοις ὧν εἶχον ἕκαστοι. sic enim est: verbo μεταδιδόναι adiungitur genetivus summae vel rei, accusativus partis, non aliter quam in verbis similibus accidit, de quorum duobus Cobetus recte exposuit nov. lect. p. 108 sq. illo loco, cum genetivus singularis πυροῦ ferri nequeat (cf. πυροὺς πρίαιο Arist. vesp. 1405, ὡς ἄξιοι γεγόνασιν οἱ πυροὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ Theophr. char. III) et violentior omnino casuum mutatio foret, in verbo vitium haeret. milites cum eos qui post accedunt ignemque rogant, victum sibi dare iubent, vicissitudinem postulant beneficii. itaque Xenophontem εἰ μὴ ἀντιδοῖεν apparet scripsisse, quod ad similitudinem sequentis verbi μετεδίδουσαν male correctum est.

Xen. de rep. Lacedaem. 2, 2 ὁ δὲ Λυκοῦργος ἀντὶ μὲν τοῦ ἰδία ἕκαστον παιδαγωγὸς δούλους ἐριστάναι ἄνδρα ἐπέστησε κρατεῖν αὐτῶν, ἔξ ὧνπερ αἱ μέγιστα ἀρχαὶ καθίστανται, ὅς δὴ καὶ παιδονόμος καλεῖται. in his oratio et inutiliter oneratur (ἐπέστησε κρατεῖν αὐτῶν) et re necessaria deficitur. nam notari debebat, Spartaee unum virum pueris praefici, dum alibi suis quisque liberis paedagogum alat. scrib. ἄνδρα ἕνα ἔθηκε κρατεῖν αὐτῶν. ibidem § 3 ἀντὶ γε μὴν τοῦ ἀπαλύνειν τοὺς πόδας ὑποδήμασιν ἔταξεν ἀνυποδησῆα κρατύνειν, νομίζων, εἰ τοῦτ' ἀσκήσειαν, πολὺ μὲν εἶδον ἂν ὀρθιάδε βαίνειν, ἀσφαλέστερον δὲ πρᾶνῃ καταβαίνειν· καὶ πηδῆσαι καὶ ἀναθορεῖν καὶ δραμεῖν θᾶττον ἀνυπόδητον, εἰ ἡσκηκῶς εἴη τοὺς πόδας, ἢ ὑποδεδεμένον. vitium novissimo colo inlatum Cobetus nov. lect. p. 726 recte detexit, non recte purgavit. syllabarum proximarum similitudine accidit ut duae voculae ommitterentur, scribe καὶ πηδῆσαι . . . δραμεῖν θᾶττον ἂν τιν' ἀνυπόδητον . . . ἢ ὑποδεδεμένον.

XVIII Inter oratores Atticos Andocides etiamsi paene neglectus iacebat grammaticis et rhetoribus, tamen ab interpolatione non fuit tutus. in oratione de mysteriis § 51 hunc ille sermonem secum se in carcere habuisse narrat: ὃ πάντων ἐγὼ δεινοτάτη συμφορᾷ περιπεσών, πότερα περιίδω τοὺς ἐμᾶν τοῦ συγγενεῖς ἀπολλυμένους ἀδίκως, καὶ αὐτούς τε ἀποθανόντας καὶ τὸ

χρόματα αὐτῶν δημευθέντα, πρὸς δὲ τοῦτοις ἀναγραφέντας ἐν στήλαις κτλ. hic v. ἀπολλυμένους turpe est emblemata hominis qui non putabat τοὺς συγγενεῖς posse orationis bipertitae αὐτοὺς τε — καὶ τὰ χροῖματα subiectum esse. idem particulam καὶ post ἀδίκως inseruit ut iam tamquam nova res discernatur quae minime diversa est. fraudem etiam tempora participiorum arguunt. restituendum igitur περιῖδω τοὺς ἐμ. συγγενεῖς ἀδίκως αὐτοὺς τε ἀποθανόντας κτλ. magis etiam ridicule eiusdem orationis § 29 deformata est: καὶ γὰρ οἱ λόγοι τῶν κατηγορῶν ταῦτα τὰ δεῖνὰ καὶ φρικώδη (de mysteriis ab And. profanatis) ἀνωρθίαζον, καὶ λόγους εἶπον ὡς πρότερον ἐτέρων ἀμαρτόντων καὶ ἀσεβησάντων περὶ τὸ θεῶ, οἷα ἕκαστος αὐτῶν ἔπαθε καὶ ἐταμωρῶθη. igitur non solum ἀνωρθίαζον οἱ λόγοι sed etiam οἱ λόγοι λόγους εἶπον? non opus erat nomine κατηγοροὶ adiecto, quod deest § 8 ὡς παρανόμως με ἐνέδειξαν, 23 οὐ τοῦτο μόνον ἤγησαντο δεῖν, 137 κατηγορήσαν δέ μου. nec structura periodi quicquam patitur inter vv. καὶ γὰρ ταῦτα interponi. glossema (οἱ)λόγοι τῶν κατηγορῶν exsecandum est, neque vero leniori medicinae locus relinquitur, qualem Baiterus invenisse sibi videbatur, cum οἱ λόγοι τ. κ. adversa avi coniecisset. etiam ineptiora alii protulerunt, quae vide in Sluiteri lectionibus Andoc. p. 71 sq. ed. Schilleri.

XVIII Praeclare Lysias or. XII § 25 sq. interrogationum artificio (de quo cf. Anaxim. c. 36 p. 81, 16 sq. Arist. rhet. III 18) ad arguendum Eratosthenem suisque ipsius responsis capiendum utitur. quem locum videtur, cum editionem oratoribus pararet, inseruisse, ut argumenta gravissima, quibus hinc collectis in adversarium invehitur, iuste praepararet. eiusmodi enim quaestiones, licet medium earum genus sit inter demonstrationem artificialem et positam extra artem (πίστεις ἀτέχνους), saepius ab oratoribus ipsis publicatae sunt, ut Andoc. de myst. § 14, Lysiae or. XXII 5, Isaei XI 5, Dinarchi contra Dem. § 83 (etsi his interrogatiunculis responsa ab ipso Dinarcho suggeruntur), Plat. apol. Socr. p. 24^c — 27. Lysias sic in Eratosthenem inquit: Ἀπήγαγες Πολέμαρχον ἢ οὐ; Τὰ ὑπὸ τῶν ἀρχόντων προσταχθέντα δεδιῶς ἐποιοῦν. Ἦσθα δ' ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, ὅτε οἱ λόγοι ἐγίνοντο περὶ ἡμῶν; Ἦν. Πότερον συνηγόρουες τοῖς κελεύουσιν ἀποκτεῖναι ἢ ἀντέλεγε; Ἀντέλεγον. Ἰνα μὴ ἀποθάνωμεν; Ἰνα μὴ ἀποθάνητε. Ἡγούμενος ἡμῶς ἀδίκᾳ πάσχειν ἢ δίκαια; Ἀδίκᾳ. caute agendum responsuro erat, ne suorum verborum laqueis ab adversario caperetur, itaque Eratosthenes quoque statim ad primam interrogationem non ἀπήγαγον respondet, sed duplici modo distinguit (cf. Arist. p. 1419^a 20 sq.), se et iussa fecisse (cf. § 27 sqq.).

et timentem (cf. 50 sqq.). idem iterum ab Erat. factum esse iam demonstrabo. insulse enim, postquam Erat. se Polemarchi caedem dissuasisse confessus est, Lysias pergit quaerendo *ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν*; causam ipsam dissuadendi quaerere debebat, *διὰ τί ἀντέλεγες, πότερον — ᾗ —*. atqui hoc fit novissima interrogatione *ἡγούμενος — δίκαια*. sed liber Palatinus, cuius est solius auctoritas, negatione omissa *ἵνα ἀποθάνωμεν* exhibet. quod qui cum ironia dictum opinantur, mirari debebant, cur Erat. ludos se fieri passus iocanti respondisset. Frohbergerus duplicem interrogationem *ἵνα ἀποθάνωμεν ἢ ἵνα μὴ ἀποθάνωμεν* Lysiae reddidit, non ille male, si brevem hanc et concisam inquisitionem rebus otiosis esse et inutilibus oneratam credi posset. audacter expungito interrogationem *ἵνα ἀποθάνωμεν*, ut unum relinquatur responsum *ἀντέλεγον, ἵνα μὴ ἀποθάνητε*: quod ipsum Lysias respicit, cum sic in Erat. invehitur *εἶτα . . . ἀντέλεγες μὲν ἵνα σώσειας, συνελάμβανες δ' ἐν' ἀποκτείναις*. sed timidioribus etiam testimonium paratum est luculentum et antiquum in tractatu ad Aristotelis rhet. III 18 explanandum scripto, quem post Seguerium Schneidewinus in huius musei t. V p. 261 sq. et Spengelius rhet. Gr. I p. 165 sq. Arist. rhet. I p. 147 sq. ediderunt. rhetor ibi huius loci artificium scite illustrat: *εἰς τὸ ἐναντίον δὲ περιστήσεις, ὡς Λυσίας ἐν τῷ Ἐρατοσθένους. ἐπειδὴ γὰρ ὁμιολόγει μὲν ἀπαγαγεῖν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Πολέμαρχον διὰ τὸ προστάξαι τοὺς τριάκοντα, ὧν εἷς ἦν καὶ αὐτός, ἐρωτηθεὶς δὲ εἰ παρῆν καὶ αὐτὸς προτεθείσης περὶ αὐτοῦ βουλῆς, καὶ εἰ ἀντέλεγειν ἢ ἐπήγει τὰ δοκούντα τοῖς ἄλλοις, προσηρώτα εἰ ἄδικα πάσχειν ἡγεῖτο αὐτόν, καὶ συγγορήσαντος ἐπήγαγεν 'εἶτα ᾧ σχετιώτατε . . . ἀποκτείναις'*. quibus tam accurate quaestionis singula capita enarrantur, ut scriptorem non amplius quattuor Eratosthenis responsa novisse certissimum sit neque interpolatae isti interrogatiunculae ullus locus relinquatur.

XX Inter eos qui ereptam tyrannis rem publicam Atheniensibus restituerunt clarissimum est Archini ex Coele pago oriundi nomen. quem optimis artibus ac disciplinis instructum neque a litteris alienum fuisse praeter orationem funebrem (de qua cf. C. G. Kruegeri *hist. philol. Stud.* I p. 241 sq.) aliud est documentum memorabile. constat enim illum Euclidis anno suasorem extitisse, ut litteratura Ionica publico Atheniensium usu reciperetur. cuius rei testis est locupletissimus Theopompus (fr. 169 p. 306 Muell.), quem ad litem de interpretando Babyloniorum Aristophaniae versu hoc *Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος* dirimendam (cf. Th. Bergkii in Meinekii com. gr. fragm. II p. 972 sq.) doctiores olim gramma-

tici protulerant, cf. Photius lex. p. 498, 22 τὸς δὲ Ἀθηναίους ἐπέισε χρῆσθαι τοῖς τῶν Ἴωνων γράμμασιν Ἀρχίνος ὁ Ἀθηναῖος ἐπὶ ἀρχοντος Εὐκλείδου . . . , περὶ δὲ τοῦ πείσαντος ἱστορεῖ Θεόπομπος. unde pendent Dionysii Thracis scholiastae (Bekk. anecd. gr. p. 783, 20. Cramerii anecd. Oxon. t. IV p. 318, 23): οἷς δὲ νυνὶ χρώμεθα, εἰσὶν Ἴωνικοί (sc. στοιχείων χαρακτηῆρες), εἰσενέγκαντος Ἀρχίνου παρ' Ἀθηναίους (sic cod. Cramerii, παρὰ Θηβαίους Bekk. correctum iam a Welckero opusc. t. I p. 384) ψήφισμα τοὺς γραμματιστάς [ἤγουν τοὺς διδασκάλους] παιδεύειν τὴν Ἴωνικὴν γραμματικὴν [ἤγουν τὰ γράμματα]. sed latuit viros doctos, cum Ruhnkenium hist. crit. orat. p. XLII tum qui nuperrime de Archino dixit A. Westermannum (*Realencyclopaedie* I² p. 1452 sq.), Archinum hanc mutationem non modo ut par fuit oratione publice habita plebi suasisse, sed etiam libello ad doctiores homines de litterarum natura scripto causas ac rationes subtiliter explicuisse. cuius libri fragmentum servatum a Theophrasto ad explicanda Aristotelis verba metaphys. p. 1093^a 20 protulerat Alexander, ex Alexandro et Michael Ephesius p. 812 Bon. et Syrianus repetiverunt, adprono Syriani nondum foras dati locum p. 940^b 10: λέγει δὲ καὶ περὶ τῶν διπλῶν συμφώνων ὅτι οἱ διὰ τοῦτο τρία, ἐπειδὴ τρεῖς αἱ συμφωνίαι. καὶ εὖ λέγει· οὐδὲ γὰρ ἕσταν ἕκαστον αὐτῶν ἀνάγειν εἰς ἑκάστην τῶν συμφωνιῶν, οἷον τὸ Ζ εἰς τὴν διὰ τετάρων ἢ τὸ Ξ εἰς τὴν δι' ὀξειᾶν (δι' ὀξειαν libri, διὰ πέντε Bagolinus cum epitomatore Alexandri) ἢ τὸ Ψ εἰς τὴν διὰ πασῶν· ἀλλὰ μᾶλλον, φησὶν, ἐπειδὴ οἱ τόποι (τρόποι libri) τρεῖς τῆς ἐκφωνήσεως, διὰ τοῦτο ἐφ' ἑκάστου ἐν ἀποτελείται. ταύτη δὲ τῇ ἀποδόσει καὶ Ἀρχίνος ἐχρῆτο³, ὡς ἱστορεῖ Θεόφραστος· ἔλεγε γὰρ ὁ Ἀρχίνος ἢ (μὴ libri et Ps. Alex., correxit Bonitzius) ἔξω τι παρὰ τὴν μύσιν τῶν χειλῶν ἐκφωνεῖσθαι ὡσπερ τὸ Π καὶ διὰ τοῦτο τὸ Ψ πρὸς τῷ ἄκρῳ γεννᾶσθαι τῆς γλώττης ὡς ἐκ τοῦ Π Σ συγκαίμενον, ἢ τῷ πλάτει τῆς γλώττης παρὰ τοὺς ὀδόντας ὡσπερ τὸ Δ καὶ διὰ τοῦτο τὸ Ζ κατὰ ταύτην γεννᾶσθαι τὴν χώραν, ἢ τῷ κυρτῷ καὶ (καὶ addidi ex cod. Hamburgensi) πιεζομένῳ ἐκ τοῦ ἐσχάτου ὡσπερ τὸ Κ, ὅθεν τὸ Ξ προΐεναι. vides hanc disputationem eo spectare, ut non minus quam Ζ litterae duplices Ξ Ψ videantur necessariae esse, nitique accu-

³ ἐχρήσατο libri Syriani ut videtur omnes, ἐχρῆτο epitoma Alexandri. sed codex Parisinus A cum in verbis antecedentibus ἐπειδὴ ἐχρῆτο οἱ τρόποι τρεῖς exhibet, manifestum est v. ἐχρῆτο olim, ut pro aoristo reponeretur, in Syriani margine adscriptum pravo loco receptum esse.

rata illa elementorum doctrina, qualem musici excoluerant, sophistae receperant, grammatici post propagaverunt. id igitur libello, quo hominum litteratorum favorem legi rogandae conciliasse videtur, Archinus egit, ut variis linguae Atticae sonis diligenter exploratis et in genera discriptis suum cuique sono signum doceret dandum esse eoque nomine Ionum litteras prae Atticis commendaret. quodsi recte de Archini fragmento statui, non iniucundum scitu Ritschelio erit, ab illa cura, quam viros summates Romanos litteris adhibuisse ipse praeclare exposuit, Graecos veteres non alienos fuisse.

XXI Isocratis hoc est laudationis in Helenam scriptae (or. X) exordium: *Εἰσὶ τινες οἱ μέγα φρονοῦσιν, ἦν ὑπόθεσιν ἄτοπον καὶ ποράδοξον ποιησάμενοι περὶ ταύτης ἀνεκίως εἰπεῖν δυνηθῶσι· καὶ καταγεγηράκασιν οἱ μὲν οὐ φάσκοντες οἷόν τ' εἶναι ψευδῆ λέγειν οὐδ' ἀπιλέγειν οὐδὲ δύω λόγῳ περὶ τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀντειπεῖν, οἱ δὲ διεξιόντες ὡς ἀνδρία καὶ σοφία καὶ δικαιοσύνη ταυτὸν ἔσα καὶ φήσει μὲν οὐδὲν αὐτῶν ἔχομεν, μία δ' ἐπιστήμη καθ' ἀπάντων ἔστιν· ἄλλοι δὲ περὶ τὰς ἔριδας διατρίβουσι τὰς οὐδὲν μὲν ὠφελούσας, πράγματα δὲ παρέχειν τοῖς πλησιάζουσι δυναμένας. ἐγὼ δ' εἰ μὲν ἑώρων νεωστὶ τὴν περιεργίαν ταύτην ἐν τοῖς λόγοις ἐγγεγενημένην καὶ τούτους ἐπὶ τῇ καινότητι τῶν εὐρημένων φιλοπομιμένους, οὐκ ἂν ὁμοίως ἐθαύμαζον αὐτῶν· νῦν δὲ κτλ.* miror foedam huius loci interpolationem editores latuisse. verbis enim ἄλλοι δὲ . . . δυναμένας non solum orationis structura turbatur sed etiam efficitur ut secum rhetor pugnet. totam enim priorem prohemii partem § 1—7 contra eristicos quos dicit Isocrates scripsit, hoc est contra Antisthenem Platonemque. *περὶ τὰς ἔριδας διατρίβουσι* non alii quidam, sed quos ab initio scriptor carpit ipsi, ut infra § 6 verba ἔσα δ' ἢ περὶ τὰς ἔριδας φιλονεικία δυναμένη τοῦτο ποιεῖν contra eosdem diriguntur. ineptissimus igitur rhetor, qui eristicos putabat a philosophis distinguendos esse, illud colon interpolavit, conflatum ex his pannis Isocrateis *τοῖς μηδὲν πρὸς τὸν βίον ὠφελούσιν* § 5 et *οὔτοι δὲ τοὺς συνόντας μάλιστα βλάπτουσι* § 7.

Postquam colon adulterinum ex Isocrate expuli, reddam ei comma genuinum, panegyrici § 98 *τοσοῦτον γὰρ ἢ πόλις ἡμῶν διέφερον, ὅτ' ἦν ἀκέραιος, ὥστ' ἀνάστατος γενομένη πλείους μὲν συνεβάλετο τρίτρεις εἰς τὸν κίνδυνον τὸν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχῆσαντες, οὐδεὶς δὲ πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχει δυσμενῶς ὅς τις οὐκ ἂν ὁμολογήσειε διὰ μὲν τὴν ναυμαχίαν ἡμᾶς τῷ πολέμῳ κρατῆσαι, ταύτης δὲ τὴν πόλιν αἰτῶν γενέσθαι.* tantum et hic codices omnes et or. XV p. 35 Orell. testantur. manifesto tamen deest

membrum periodo quod ad *πλείους μὲν* referatur. concidunt vana interpretandi artificia, quibus vel H. Sauppium indulsit et O. Schneiderus, simul atque protulero qualem Dionysius Halic. de Demosth. 40 p. 1081 testibus exemplis non editis sed scriptis locum legebat: *ὥστε ἀνάστατος γενομένη πλείους μὲν συνεβάλετο τρήρεις . . . ἢ σύμπαντες οἱ ναυμαχῆσαντες, δυναμένας δὲ πρὸς δις τοσαύτας κινδυνεύειν· οὐδεὶς γοῦν πρὸς ἡμᾶς οὕτως ἔχει δυσμενῶς κτλ.*

XXII De Aeschine oratore Ferdinandus Schultzius bene nuper meruit codicum Itolorum aliquot lectione excussa auctisque scholiis, sed recensendo et emendando scriptori tam male habito idoneum idem se non praebuit. quid quod testimonia veterum scriptorum, quae et permulta sunt et in codicum nostrorum incerta fide gravissima, paene neglexit? quae ut nihil ad emendandum Aeschinam conferant, tamen quo lectionis Aeschinae historia rectius cognosceretur deque codicum superstitione auctoritate certius iudicari posset, conquirenda erant omnia. verum exploratis eis etiam emendationem adiuvari paucis demonstrabo.

Diodorus XVII 4 *πολλὰ γὰρ χρήματά φασιν αὐτὸν* (Demosthenem) *εἰληφέναι παρὰ Περσῶν, ἵνα πολιτεύηται κατὰ Μακεδόνων· περὶ ᾧ καὶ τὸν Αἰσχίνην φασὶν ὀνειδίζοντα τῷ Δημοσθένει κατὰ τινα λόγον τὴν δωροδοκίαν εἰπεῖν· Νῦν μέντοι τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκε αὐτοῦ τὸ βασιλικὸν χρυσίον. ἔσται δὲ οὐδὲ τοῦτο ἱκανόν· οὐδεὶς γὰρ πώποτε πλοῦτος τρόπου πονηροῦ περιμεγένετο.* hoc testimonium ab editoribus pudenda socordia neglectum est, cum prima saltem verba Brodaeus p. 563 editionis Reiskiana ad ipsum Aeschinis locum qui est in Ctesiphontea § 173 attulerit; est autem fortasse omnium quae de Aeschinis orationibus extant antiquissimum, et ut docet incerta compilatoris oratio (*φασίν, κατὰ τινα λόγον*) ex rerum scriptore multo vetustiore, Diyllo ut suspicatur Arnoldus Schaefer, repetitum. nec quisquam qui verba qualia et in nostris codicibus leguntur et ab Ioanne Stobaeo (Ioannis Damasceni parall. I 7, 49 p. 705 Gaisf.) legebantur, iuxta posuerit: *πλεῖστον δ' ἐκ πολιτείας* (sic Damascenus cum libris tertii quod Schultzius statuit generis: *ἐκ τῆς πόλεως* ceteri) *εἰληφώς ἀργύριον ἐλάχιστα περιποιήσαιο· νῦν μέντοι τὸ βασιλικὸν χρυσίον ἐπικέκλυκε τὴν δαπάνην αὐτοῦ:* nemo, inquam, dubitaverit, quin vulgaris verborum ordo oratore indignus et a magistello primum subiectum enuntiati dein verbum denique obiectum notante profectus sit. postulat enim oppositi ratio ut a verbis *ἐλάχιστα περιποιήσαιο* quam proxime absit *τὴν δαπάνην ἐπικέκλυκεν*. at volgo quam languida et enervis procedit oratio.

Testimonium Prisciani adfero ut glossemate Aeschinē liberem. Ctesiphontēae § 38 p. 430 in omnibus libris traditur: διαρρήδην προστέτακται τοῖς θεσμοθέταις καθ' ἑκάστον ἐναντὶν διορθοῦν ἐν τῷ δήμῳ τοὺς νόμους, ἀκριβῶς ἐξετάσαντας καὶ σκεψαμένους εἴ τις ἀναγέγραπται νόμος ἐναντίος ἑτέρῳ νόμῳ ἢ ἄκυρος ἐν τοῖς κυρίοις ἢ εἰ πού εἰσι νόμοι πλείους ἐνὸς ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως. sed Priscianus l. XVIII 270 p. 347 Hertzii, quo libro graecam quandam περὶ συντάξεως farraginem conpilasse videtur, sic Graecorum et Latinorum in numerorum comparatione consuetudinem contendit: Ἄττιοι πλείω ἡμέρας τρεῖς, καὶ πλείω ἡμέρας ἢ τρεῖς, καὶ πλείω τριῶν. nos quoque *plus tres dies* et *plus quam tres dies* et *plus tribus diebus* . . . similiter πλείους ἐνός, καὶ πλείους εἰς. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφώντος: εἰ πού εἰσι νόμοι πλείους ἀναγεγραμμένοι περὶ ἑκάστης πράξεως εἰς. Δημοσθένης quoque ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει: οὐ πλείους ἢ λ'. frustra fuerunt qui Prisciani testimonium cum codicibus Aeschinis conciliare laborabant. cave tamen Aeschinē ipsum credas πλείους . . . εἰς reliquisse. scriptorem syntacticum exemplar interpolatum deceperat, quo ex glossemate ἢ εἰς relictum illud εἰς inlatum inepto loco fuerat. itaque perinde atque εἰς sive ἢ εἰς, etiam quod libri testantur ἐνός arguitur eodem interpretandi studio natum. Prisciano redde *πλείον ἡμέρας τρεῖς, καὶ πλείον ἢ ἡμ. τρεῖς, καὶ πλείον τριῶν.*

Non mirum profecto, si in Aeschine interpolatorum fraus, quam testimoniorum ope deteximus, violentius grassata est. in duo scholia orationis περὶ παραπροσβείας exordio inmixta sufficit digittum intendisse. § 6 aculeata Demosthenis interrogatiuncula, quam in ipsius oratione frustra quaeras, sic refertur: παράδοξος δέ μοι κακείνος ὁ λόγος ἐφάνη καὶ δεινῶς ἄδικος, ὅθ' ὑμᾶς ἐπηρεῶτα, εἰ οἶόν τ' ἐστὶν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει Φιλοκράτους μὲν θάνατον καταψηφίσασθαι, ὅτι καταγνοὺς ἀδικεῖν ἑαυτοῦ τὴν κρίσιν οὐχ ὑπέμεινεν, ἐμοῦ δ' ἀπογνώναι. nihil nisi scholion verbis ὅτι καταγνοὺς — ὑπέμεινεν continetur; audi refutationem, ut fontem additamenti cognoscas et deformitatem persentias: ἐγὼ δ' ἐπ' αὐτῷ τούτῳ δικαίως ἂν ὑπολαμβάνω μάλιστα σωθῆσθεσθαι· εἰ γὰρ ὁ καταγνοὺς ἑαυτοῦ καὶ μὴ παρῶν ἀδικεῖ, ὁ δὴ ἀπογνοὺς καὶ τὸ σῶμα τοῖς νόμοις καὶ τοῖς πολίταις παραδιδόνος οὐκ ἀδικεῖ. Pergit orator § 7 περὶ δὲ τῆς ἄλλης (scribe ὄλης cum Taylore) κατηγορίας δέομαι ὑμῶν ὧ ἄνδρες, ἐάν τι παραλείπω καὶ μὴ μνησθῶ, ἐπερωτᾶν με καὶ δηλοῦν ὅ τι ἂν ποθῆτέ μου ἀκοῦσαι, μηδὲν προκάτεργνωκότας ὡς ἀδικῶ, ἀλλ' ἴση τῇ ἐννοίᾳ ἀκούοντας. ferri nequit glossema ὡς ἀδικῶ.

Aeschines si quid addere volebat formulae μηδὲν προκατ., poterat ἐμοῦ. sed ne hoc quidem necessarium, cf. Demosth. de cor. §. 2 τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεργωκεῖναι μηδὲν οὐδὲ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην ἀποδοῦναι.

XXIII Aeschines de f. leg. § 161 p. 325 ἐπλούτουν τινὲς ἐκ τοῦ πολέμου ἀπὸ τῶν ἡμετέρων εισφορῶν καὶ τῶν δημοσίων προσόδων, νῦν δὲ πέπαινανται· εἰρήνη γὰρ ἀργίαν οὐ τρέφει· ἔπειθ' οἱ μὲν οὐκ ἀδικούμενοι ἀλλ' ἀδικοῦντες τὴν πόλιν τιμωρήσονται τὸν προστάντα τῆς εἰρήνης, οἱ δ' ὠφελούμενοι τοὺς χρησίμους εἰς τὰ κοινὰ γενομένους ἐγκαταλείψετε; idem crimen saepius in Demosthenem eiusque amicos Aeschines conicit, ut eiusdem orationis § 79 τῶν ἐν τῇ πόλει θητόρων χορηγὸν ταῖς καθ' ἡμέραν διαπάναις τὸν πόλεμον ποιουμένων δημολογῶ συμβουλευῶσαι τῷ δήμῳ διαλύσασθαι πρὸς Φίλιππον καὶ τὴν εἰρήνην συνθέσθαι. sed quem hoc loco aculeum verbis εἰρήνη γὰρ ἀργίαν οὐ τρέφει adhibuit, nimis abdidit et obtudit. recte veteres interpretes observarunt proverbium εἰρήνη στρατιώτην οὐ τρέφει ab oratore arreptum esse et maligne detortum. necessario igitur, si quae erat in Aeschine ars parodiae, debebat militis loco aliud hominum genus, non rem substituere. at nunc quae res substituitur? pigritiae? aliis relinquo ut decernant, bellumne rectius an pax pigritiae alitrix dicatur. quid enim pigritia ad Demosthenem perstringendum valet? concederem, avaritia fraudulenta, pecuniae publicae furta si obicerentur. atque hoc unum profecto crimen, quae est totius loci sententia, huc quadrat. integer locus erit, si nomen reciperaverimus quod hominem cum damno publico avarum designet. repone opprobrium quo ipsum Demosthenem adversarii mordere solebant, ἀργῶν. cf. eiusdem orationis § 99 ἐκ παίδων δ' ἀπαλλαττόμενος καὶ δεκαταλάντους δίκας ἐκάστω τῶν ἐπιτρόπων λαγχάνων Ἀργῶς ἐκλήθη. Harpocratio p. 32, 15 ἀργῶς: Αἰσχίνης περὶ τῆς ἀποδόσεως. πιθανώτερον δ' ἐστὶ λέγειν ὅτι Λωριεῖς, μάλιστα δ' Ἀργεῖοι τὸν ὄφιν ἀργῶν ἐκάλουν. . . Τιμαρχος δ' ὁ Ῥόδιος οὐ κατὰ γλῶτταν καλεῖσθαι τὸν ὄφιν ἀργῶν φησιν, ἀλλὰ γένος τι εἶναι ὄφρεως τοὺς ἀργῶς· λέγεσθαι οὖν εἰκὸς τὸν Δημοσθένην ἐπιτροπῆς τοῖς ἐπιτρόποις δίκας λαγχάνοντα, ὄφιν διὰ τὸ θηριῶδες. καὶ αὐτὸς τοὺς τοιοῦτους ὄφρασι εἰκάξει ἐν τῷ κατ' Ἀριστογείτονος. ἐν μέντοι τοῖς Ἀττικιστοῖς ἐγγράπτῳ ἄραπαξ'. ἐνοι δὲ τοῦ δράκοντος εἶναι φασὶ τὸ ἀργῶν ἐπίθετον⁴. Plutarchus

⁴ Harpocratio locus initio (πιθανώτερον δὲ —) mutulus suppletur ex epitoma in Bekkeri anecd. p. 442, 30 servata (cf. Naberus ad Photium t. I p. 163): ὁ δεινότατος παρ' ἡλικίαν ἄργας καλεῖται. οὕτως ἔλεγον καὶ τὸν Δημοσθένην. ἄλλοι δὲ φασὶ τοῦτον κακὸν ποιητὴν γεγονέναι. οἱ δὲ ὅτι κατὰ Λωριεῖς κτλ.

vit. Dem. 4 ὁ δὲ ἄργᾶς (καὶ τοῦτο γὰρ φασὶ τῷ Δημοσθένει γενέσθαι παρώνυμον) ῥ' πρὸς τὸν τρόπον ὡς Θηριώδη καὶ πικρὸν ἐτέθη (τὸν γὰρ ὄφιν ἐνοιο τῶν ποιητῶν ἀργᾶν ὀνομάζουσιν), ἢ πρὸς τὸν λόγον ὡς ἀπιῶντα τοὺς ἀκροωμένους· καὶ γὰρ Ἀργᾶς τὸ ὄνομα ποιητῆς ἦν νόμων ποιητῶν καὶ ἀργαλέων: utramque Plutarchi interpretationem haud difficile agnoscas etiam in Hesychii t. I p. 272 et lexicī rhetorici⁵ Bekk. anecd. gr. p. 206, 7 glossematis, itemque in scholiis a F. Schultzio p. 300 conlectis. sed lectiorem eruditionem saniusque iudicium Harpocratio praestat. nimirum ὄφιν ἔχιν Θηρίον eodemque sensu, ut nemo iam dubitabit, etiam ἀργᾶν dicebant hominem clandestino dolosoque impetu innoxios lacerantem et bonis alienis inhiantem: cui hominum generi nullo quam bellico tempore largiores messes Athenis paratae erant. peropportune Harp. orationis in Aristogitonem prioris admonuit, ubi § 51 sq. p. 786 sycophantae mores sic describuntur: οὐχὶ τῶν πολιτικῶν ἀγαθῶν ἐπ' οὐδενὶ τῇ ψυχῇ διατρέψει· οὐ τέχνης, οὐ γεωργίας, οὐκ ἄλλης ἐργασίας οὐδεμιᾶς ἐπιμελεῖται· οὐ φιλανθρωπίας, οὐχ ὀμιλίας οὐδεμιᾶς οὐδενὶ κοινῶν. ἀλλὰ πορεύεται διὰ τῆς ἀγορᾶς ὡς περ ἔχῃς ἢ σκορπίος ἠρκῶς τὸ κέντρον, ἔττων δεῦρο κἀκείσε, σκοπῶν τίνι συμφορὰν ἢ βλασφημίαν ἢ κακὸν τι προστριψάμενος καὶ καταστήσας εἰς φόβον ἀργύριον εἰσπράξεται, cf. ibid. § 96 τὸν αὐτὸν τοίνυν τρόπον ᾧ ἄνδρες Ἀθ. καὶ ὅταν συκοφάντην καὶ πικρὸν καὶ ἔχιν τὴν φύσιν ἄνθρωπον ἴδῃτε, μὴ πότε ἕκαστον ὑμῶν δῆξεται περιμένετε, ἀλλ' ὁ προστυχὼν ἀεὶ τιμωρεῖσθω. quid quod eadem quae nostro loco sententia illic paullum deflexa legitur § 82 καὶ τί ποιῶν ζήσεται; τὰ γὰρ τῶν ἄλλων κακὰ τοῦτον τρέφει. οὐκοῦν ἐν κρίσει καὶ ἀγῶσι καὶ ποιηταῖς αἰτίας ἀπαντας εἶναι βούλεται· ταῦτα γεωργεῖ, ταῦτα ἐργάζεται. Perspectum iam habebis quid Aeschines et voluerit et effecerit his verbis εἰρήνη γὰρ ἀργᾶν οὐ τρέφει, quamque dolose, dum generatim loqui simulat, venenatum telum in Demosthenem torqueat.

Sopatrum qui in Walzii rhetoribus graecis t. V p. 29, 1 haec verba affert nemo sane expectaverit sanioerem lectionem praestare quam traditam ἀργίαν. quid Arsenium dicam? qui Aeschinis dictum una cum scholio⁵ in proverbiorum collectionem recepit, paroemiogr. Gotting. II p. 381. quando iam Didymi aetate, unde Harpocratiois eruditio derivatur, depravata obtinuerat lectio, ut apparet ex

⁵ unum differt. scholii ultima verba sunt ἡ παροιμία· εἰρήνη στρατιώτην οὐ τρέφει, Arsenii ἢ γὰρ εἰρήνη κτλ. vitiose. — In Bekk. AG p. 206, 7 corr. ὡς κακῶν νόμων ποιητῆς cl. Plut. pro ἐργων.

eorum silentio qui de altero loco § 99 commentati sunt. quid quod ne eo quidem loco ἀργᾶς nomen tutum ab interpolatione fuit, cuius vice in Atticiana exempla ἀρπαξ inculcatum fuisse Harpocratio testatur. sed superest ibidem scholion, quo quasi manum ei qui § 161 ἀργίαν correxit ductam existimes: ἀργᾶς εἰδός τι ὕφειως ἀνωρεπικοῦ. ἦ δ' ἀργῶν ἐπὶ τῶν ἄλλων, γράφων δὲ λόγους. vides quam paene nil agentes ab angue in ἀργίαν librarii inciderint.

XXIII Aeschinem nolo dimittere, antequam ex scholiis a F. Schultziō editis vitia nonnulla sustulerim. atque in scholio Ctesiphontaeae § 67 p. 326 ἐρίγνοντο . . . τῶν τραγωδῶν ἀγῶν καὶ ἐπίδειξις (add. δι') ὧν μέλλουσι δραμάτων ἀγωνίζεσθαι ἐν τῷ θεάτρῳ, διὸ ἐτοίμως (sic Schultzius ex Laurentiano, ἐτοιμος Vaticanus) προαγῶν καλεῖται iam in symbolae philologorum Bonnensium appendice indicavi ἐτύμως προαγῶν καλεῖται scribendum esse, cf. Iosephus antiqui. Iud. XII 2, 2 Ζῆνα καλοῦντες αὐτὸν ἐτύμως. Ad verba alterius orationis § 29 ὃς ἦν ἐπίτροπος καθεστῆκώς τῶν πραγμάτων adnotatum p. 289 legimus τῶν περὶ Φίλιππον ἐπιμικρῶν ὄντων: at τῶν nisi ad τῶν πραγμάτων referri nequit, corrigendum igitur erat ἐπιμικρὸν ὄντα. De oratoribus Atheniensibus ab Alexandro expostulatis sic p. 342 narratur: μετὰ τὴν Θηβαίων (scr. Θηβῶν) κατασκαφὴν ἐξήτησεν Ἀλέξανδρος τοὺς ῥήτορας. ὁ δὲ δῆμος ἐπεμψε Δημάδην παρωτησόμενον αὐτούς. ὁ δὲ τοῦτο εἰπὼν ἐπέσειν, ὅτι εἴασεν αὐτούς Ἀθήνησι δημορικῶ θανάτῳ ἀποθανεῖν: ubi ἐπέσειν ὅτι εἴασεν si quis iuxta mecum quid sit ignorat, scito ab editore inventum esse. codex εἴασεν exhibet, corruptum id quidem sed leviter. scribe ὅτι εἴασον.

XXV Oratorum nullus frequentius in rhetorum ludis tractatus est, nullus magis interpolationem expertus quam Demosthenes. ea labe iam ante Ciceronis aetatem coepit aspergi neque desiit nisi fracto imperio Byzantino. quodsi sexcentis locis interpolatio optimi codicis ope detegitur multique alii scriptorum testimoniis purgantur, restant tamen non pauca quae illis testibus antiquiora sint et saepe vel attente legentem fallant. bene actum esset, si orationis de corona versio Tulliana aetatem tulisset. nunc quanto ea ad clarissimam orationem emendandam usu futura fuerit, ex uno orationis loco licet augurari, quo Gorgias M. Tullii Ciceronis filii praeceptor usus erat exemplo metabaseos (Rutil. de fig. II 1 extr.), § 42 ἀλλὰ γὰρ ἐμπέπτωκα εἰς λόγους οὓς αὐτίκα μᾶλλον ἴσως ἀρμόσει λέγειν. ἐπάνεμι δὴ πάλιν ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις ὡς τὰ τούτων ἀδικήματα τῶν νυνὶ παρόντων πραγμάτων γέγονεν αἴτια. antiquitus in his verbis correctum esse Hermogenis prodit lectio p. 344, 11 Walz.

οὐς αὐτίκα μάλα ὕστερον ἄρμ. λ., in qua ὕστερον merum est glossema, αὐτίκα μάλα pro μάλλον illi cum Augustani codicis recensione commune. quid Gorgias Rutilii? 'sed nimirum inopinans incidi in causam temporis huius alienam, de qua posterius huic ('fuerit' Sauppis) dicendum. quapropter ad illud quod paulo prius agendum revertor'. genuina lectio et hinc et ex Hermogenis glossemate emergit αὐθις 'alio loco postea', cf. ut non solum εἰσαυθις et καὶ αὐθις sed etiam simplex adverbium usitatum fuisse concedas, Plat. rei p. III p. 430^c αὐθις δὲ περὶ αὐτοῦ, ἐὰν βούλη, ἔτι κάλλιον (cf. Dem. μάλλον ἴσως ἀρμόσει) διήμεν· νῦν γὰρ οἷ τοῦτο ἐξήτοῦμεν ἀλλὰ δικαιοσύνην, id. Timaei p. 61^d, Xenoph. Cyri instit. II 1, 7. VI 1, 49, Lucian. parasit. 1, Eurip. Orest. 902 καὶ μὴ παραντίκ', αὐθις εἰσι χρήσιμοι πόλει. sed eadem opera foedissima interpolatio arguitur esse ἐπὶ τὰς ἀποδείξεις, ὡς τὰ . . . αἴτια, quae verba etsi Hermogenes p. 416, 11 testatur, tamen nihil potest certius esse quam ex § 20 extr. temere repetita esse: id quod saepenumero in hac oratione accidit, cf. 27 πλεῖν . . . ἀπολαμβάνειν deleta a Dobraeo cl. 25; 52 ἀλλ' οὐκ . . . δεῖ damnata etiam a Schenkelio philologi t. XXVII p. 285 cl. 47, alia codicum ope expulsa. Demosthenes contentus hoc commatio fuit ἐπάνειμι δὴ πάλιν ἐκεῖσε, ut 66 ἀλλ' ἐκεῖσε ἐπανερχομαι.

Piget singulos locos tractare, quos editores secundum scriptorum testimonia ipsis non incognita emblematis liberare debebant, ut § 50 ὥσπερ ἐωλοκρασίαν τινά μου τῆς πονηρίας τῆς ἐαυτοῦ [καὶ τῶν ἀδικημάτων] κατασκευάσας, 46 ἀντὶ γὰρ φίλων καὶ ξένων ἃ τότε ὠνομάζοντο [ἠνίκα ἐδιωροδόκουν] νῦν κολακῆς . . . ἀκούουσιν, 71 ἀλλ' ὁ τὴν Εἰβόριαν ἐκεῖνος σφετεριζόμενος καὶ . . . Ἀττικὴν [καὶ Μεγάροις ἐπιχειρῶν] καὶ καταλαμβάνων Ὁρεὸν καὶ κατασκάπτων Πορθμόν (ubi Megara urbs rerum Euboicarum longam seriem male interrumpit), 72 εἰ μὲν γὰρ μὴ ἐχρῆν . . . , περιείργασμαι μὲν ἐγώ [περὶ τούτων εἰπῶν], περιείργασται δ' ἡ πόλις ἢ πεισθεῖσα ἐμοί, ἔστω δὲ ἀδικήματα πάντα [ἃ πέπρακται] καὶ ἁμαρτήματα ἐμά. εἰ δ' ἔδει [τὰ τούτων κωλυτὴν φανῆναι], τίνα τοῦτον ἄλλον ἢ τὸν Ἀθηναίων δῆμιον προσῆκεν γενέσθαι; multa alia. malo exempla quaedam interpolationis sola coniectura sed opinor certa restinguendae dare.

40 ἀκούετε ὡς σαφῶς δηλοῖ καὶ διορίζεται (Philippus) ἐν τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐπιστολῇ πρὸς τοὺς ἐαυτοῦ συμμάχους οὐ ἐγὼ πεποίηκα ταῦτα κτλ. nusquam in tot Atticae eloquentiae monumentis post scribae publici recitationem hac formula videas oratorem praelecta tangentem. similis est, sed ut tamen in similitudine dissimilitudo latere nequeat, locus Dem. or. 38, 15 ἀκούετε γεγραμμένον ἐν τῷ

ἐγκλήματι ' παραδόντος . . . ἐπιτροπῆς' et or. 34, 17 ἀκούετε . . . ὅτι οὐδαμοῦ γέγραπται ἐν τῇ παραγραφῇ ὡς ἀπέδωκε κτλ. sed probabile est hoc loco ἐν τῇ παραγραφῇ, certum illic verba ἐν τῇ πρὸς ὑμᾶς ἐπιστολῇ insiticia esse. etiam in proximis Cobetus de arte interpr. p. 140 talem adnotationem sustulit οὐ τούτοις . . . δεικνύται.

49 ἔξ ὧν καὶ σαφέστατ' ἂν τις ἴδοι ὅτι ὁ μάλιστα φιλᾶτων τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα καὶ πλεῖστα ἀνυπέκτων [τούτοις], οὗτος ὑμῖν Αἰσχίνη τοῖς προδιδοῦσι καὶ μισθαροῦσι τὸ ἔχειν ἐφ' ὅτῳ δωροδοκήσετε περιποιεῖ καὶ διὰ τοὺς πολλοὺς τουτωνὶ καὶ τοῖς ἀνθισταμένοις (sic vulgata τούτους καὶ τοὺς ἀνθισταμένους ex optimis libris correxi) τοῖς ὑμετέροις βουλήμισιν ὑμεῖς ἔστε σῶσι [καὶ ἔμμισθοι], ἐπεὶ διὰ γ' ὑμᾶς αὐτοὺς πάλαι ἂν ἀπωλώλειτε. exprunxi τούτοις, quod cum dissonet a sequente pronomine ὑμῶν, originem suam prodit, deinde καὶ ἔμμισθος cum sententiae damno interpolatum, cum de salute tantum hoc membro orator dicat, de quaestu colo priore dixerit.

51 πόθεν λαβόντα ᾗ πῶς ἀξιοθένει; dele λαβόντα, quod § 128 ubi eadem formula recurrit nullius antiqui libri textum obsedit, etsi vel in codice Σ ibi ab antiquo correctore additum est.

82 [οὓς ἢ μὲν πόλις ὡς ἐχθροὺς καὶ οὔτε δίκαια οὔτε συμφέροντα λέγοντας ἀπήλασεν, σοὶ δ' ἦσαν φίλοι]: habes genuinum rhetoris fetum aemulando Demosthene et amplificando stilum exercentis. nam qui totum locum § 81 sq. non dormitans legerit, indigne feret filium sententiae otiose interruptum elegantiamque convicii molesta dilatatione obscuratam. aliis locis hoc genus interpolationis altius haeret tantasque turbas criticis excitavit, ut longiore egeat disputatione, velut § 12 sqq. 63 sqq. interim iuvat illo loco § 13 οὐ γὰρ . . . παρανόμων γραφόμενον, hoc integram § 63 πότερον . . . γιγνόμενα obelo notasse.

99 καὶ γὰρ τοι πᾶσι τοῖς Ἑλλησιν ἐδέξατ' ἐκ τούτων ὅτι κἂν οἰοῦν τις εἰς ὑμᾶς ἔξαμάρτη, τούτων τὴν ὀργὴν εἰς τᾶλλα ἔχετε, ἐὰν δ' ὑπὲρ σωτηρίας ἢ ἐλευθερίας κίνδυνός τις αὐτοὺς καταλαμβάνη, οὔτε μνησικακήσετε οὔτε ὑπολογεῖσθε. Marklandus in priore quoque periodi membro futurum ἔξετε desiderabat. poterat alia longe graviora desiderare, particulam μὲν, meliorem prioris membri structuram verborumque ordinem, denique sanam dignamque oratore sententiam. levis macula ἐὰν δ' ὑπὲρ fecerat ut oratio manca videretur, hinc stolidum illud, si fas est dicere, supplementum τούτων τὴν ὀργὴν εἰς τᾶλλα ἔχετε. hoc removeas, facile pristinum nitorem Demostheni reddes: ὅτι κἂν οἰοῦν τις εἰς ὑμᾶς ἔξαμάρτη, ἐὰν δὲ περὶ σωτηρίας . . . καταλαμβάνη, οὔτε μνησικακήσετε κτλ.

100 μυρία τοίνυν ἔτερο' εἰπεῖν ἔχων παραλείπω, ναυμαχίας,

ἔξόδους πεζῶς, στρατείας, καὶ πάλαι γεγωνίας καὶ νῦν ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν: pervelim doceri quid intersit inter στρατείας et πεζῶς ἔξόδους sive inter πεζῶς στρατείας et ἔξόδους. cf. § 79 τὴν ἐπ' Ἰβρῶν ἔξοδον: ibi non male scholiasta ἔξοδον inquit λέγει ἀντὶ τοῦ στρατείας, sed accuratius tamen nostro loco vocem ἔξόδους scholion definit, illud nempe quod inter ipsius oratoris verba exstat, πεζῶς στρατείας. de asyndeto bimembri ναυμαχίας ἔξόδους cf. Voemelius ad huius orat. § 94 p. 135.

XXVI Eiusdem orationis Demosthenicae vitia quaedam inverteata emendabo. § 2 — τὸν ὄρκον, ἐν ᾧ πρὸς ἅπασιν τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροῦσέσθαι. τοῦτο δ' ἐστὶν οὐ μόνον τὸ μὴ προκατεγνωκέναι μηδὲν οὐδὲ τὸ τὴν εὐνοίαν ἴσῃ ἀποδοῦναι, ἀλλὰ τὸ καὶ τῇ τάξει καὶ τῇ ἀπολογίᾳ, ὡς βεβούληται καὶ προήρηται τῶν ἀγωνιζομένων ἕκαστος, οὕτως εἶσαι χρῆσασθαι. Demosthenes non de reo tantum sed de utraque litigantium parte dicit. quare si quis cum Herwerdeno exercit. crit. p. 166 necessarium iudicaverit ἕκαστος reponi, recorderetur non Demosthenem sed Ctesiphontem ab Aeschine in ius vocatum ideoque plurali pronomine oratorem caute usum, ut se ipsum τοῖν ἀγωνιζομένοιον adiungeret. sed defendi nullo modo posse v. ἀπολογία iam Reiskius vir egregius perspexit, cuius etsi coniecturam perfacile est explodere, rationes nisi inepte (ut factum a G. Schaefero) impugnari nequeunt. corruptum illud videtur ex δικαιολογία, quod voc. saepius apud Anaximenem legitur cf. Spengelius p. 102, adde Demadem § 7 ἔπειθ' οὕτως ἐπὶ τὴν λοιπὴν δικαιολογίαν ἀπελθεῖν, Dicaearchi quae dicitur descr. Graeciae fr. 1, 15 τὰ τε ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι γινόμενα πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀθληταῖς βίαια εἰς τὴν δικαιολογίαν μεταφέροντες, Polyb. III 21, Plutarchum vit. Marri 43 Dem. 12 Caes. 30, al. notissimum est verbum δικαιολογεῖσθαι.

10 ἔμοι δ' ἦν παρὰ πάντα τὸν χρόνον εὐνοίαν ἐνδέδειχθ' ἐπὶ πολλῶν ἀγώνων τῶν πρότερον, καὶ νυνὶ παρὰσχεσθε. coniungi ambae cum uno verbo nequeunt temporum notationes, neutra habet quo suspecta fiat. videtur alterum verbum, quo v. παρὰ πάντα τὸν χρόνον relata erant, intercidisse: ἦν παρὰ π. τ. χ. εὐνοίαν ἔχοντες ἐνδέδειχθ' ἐπὶ κτλ.

20 τὰ δὲ τούτων ἀδικήματα καὶ δωροδοκήματα ἐν αὐτῇ (pace Philocratea) τῶν νυνὶ παρόντων πραγμάτων, ἃν τις ἐξετάσῃ δικαίως, αὐτὰ εὐρήσει. haec duobus nominibus vitiosa sunt; neque enim articulum ante v. ἐν omittere licuit, neque in pace illi, sed ad pacem conciliandam auro corrupti dicuntur. scribendum igitur δωροδοκήματα τὰ ἐπ' sive potius τὰπ' αὐτῇ. praepositio-

tionum illa confusio etiam nunc non uno loco male toleratur; sic Isocrates or. 15, 268 οἱ μὲν (τῶν παλαιῶν σοφιστῶν) ἄπειρον τὸ πλήθος ἔφησαν εἶναι τῶν ὄντων, Ἐμπεδοκλῆς δὲ τέτταρα, καὶ νεῖκος καὶ φιλίαν ἐν αὐτοῖς, Ἴων δ' οὐ πλείω τριῶν κτέ. ridiculus erat, si ἐν αὐτοῖς dixisset in enumeratione, tamquam duo ex quatuor elementis nominaret, dixit igitur ἐπ' αὐτοῖς.

25 ἐγὼ μὲν τοίνυν ἔγραψα βουλευῶν ἀποπλεῖν τὴν ταχίστην τοὺς πρόςβεις [ἐπὶ τοὺς τόπους] ἐν οἷς ἂν ὄντα Φίλιππον πυνθάνωνται καὶ τοὺς ὄρκους ἀπολαμβάνειν· οὗτοι δὲ οὐδὲ γράψαντος ἐμοῦ ταῦτα ποιεῖν ἠθέλησαν. verba cancellis saepta omiserat codicis optimi librarius, et recte omisit, quamquam sane necessarium hoc supplementum erat, postquam ἐν οἷς scribi coeptum erat. sed hoc ΕΝΟΙC ortum videtur ex ΟΠΟΙ, cf. quae ad Eurip. Heraclid. 19 πέμπων ὅποι γῆς πυνθάνοιθ' ἰδρυμένους, κήρυκας Elmsleius, atque ad Hecubae v. 1070 Porsonus attulerunt. deinceps pronomen ταῦτα necessario ad v. γράψαντος refertur; si ad v. ποιεῖν pertineret, vereor ne singulari numero opus esset. credo tamen Demosthenem non nudum v. ποιεῖν posuisse, sed id verbum quod proprium rei esset: ταῦτ' ἀπαίρειν, cf. or. 19, 150 οἱ δὲ πρόςβεις ἀπήρκεσαν, 155 ἀμελήσαντες οὗτοι τοῦ πλεῖν, 164 οὗτε πλεῖν αὐτοῖς ἐπήει, 181 εἰ πλεῖν οὗτος ἤθελε.

28 ἀλλὰ τί ἐχρῆν με ποιεῖν; ἢ θῆαν μὴ κατανεῖμαι τὸν ἀρχιτέκτονα αὐτοῖς (legatis Philippi) κελεῦσαι; ἀλλ' ἐν τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἐθεώρουσιν ἂν [εἰ μὴ τοῦτ' ἐγράφη]. τὰ μικρὰ συμφέροντα τῆς πόλεως ἔδει με φυλάττειν, τὰ δ' ὅλα ὥσπερ οὗτοι πεπρακμένα; οὐ δῆπου. gravissima interrogatio et acerbissima, qua malignas Aeschinis vellicationes orator tamquam clava propulsat, hodie paene succisis nervis iacet. quis enim parva commoda rei publicae dixerit asses istos, quibus ut sedes in theatro legatis tribus publicitus designarentur, Demosthenes (erat enim inter prytaenes) curaverat? quis commoda omnino esse concesserit, dum asses et omnem rei publicae salutem eadem trutina examinat? sed de his alii aliter sentiant. invictum argumentum est, quod quae utrimque contenduntur, non ita formata sunt, ut recte opponantur: τὰ ὅλα τῶν πραγμάτων 'summam rerum' (cf. Rehdantzius ad or. Olynth. II 31) nemo facile cum commodis parvis, sed cum partibus minutissimis comparaverit. at Parisini codicis prima manus illud μικρὰ ne scripsit quidem. quo exemplo inventi sunt tam superstitiosi qui τὰ συμφέροντα ederent. sed multo mehercule minus ipsum nomen συμφέροντα genuinum est. nisi fallor, unum tantum in graecitate nomen est, cui summa rerum opponi potuerit: τὰ (μὲν)

κέρματα τῆς πόλεως ἔδει με φυλάττειν, τὰ δ' ὅλα . . πεπρακένα ; cf. Pollux VII 170. VIII 88 sq. gl. Cyrilli 'κέρμα: aes', onom. Vulcanii 'numulus: κερμάτιον', Hesychius κέρματα: χρήματα θραύσματα, Suidas κέρματα: τὰ λεπτότατα. Aristoph. Pluti 379 τὸ στόμ' ἐπιβύσας κέρμασιν τῶν δητόρων, Eubulus Athen. XIII p. 568 (Mein. com. III p. 237. 246) μικροῦ πρῆσθαι κέρματος τὴν ἡδονήν, Theopompus Athenaei XII p. 533^b περιήγετο ἀεὶ νεανίσκους δὴ ἔτριβεν ἔχοντας κέρματα, testimonium orationis Midianae § 107 ἔπειθεν ἡμᾶς διδοὺς κέρματα, Laertius Diog. VI 20 τὸ κέρμα κιβδηλεύσας, Plut. Phoc. 36 δοῦναι τὸ κερμάτιον, vita Aesopi p. 21, 24 West. ἀπεδίδου τὸ κέρμα. hinc verba κερματίζειν διακερματίζεσθαι et longe usitatissimum κατακερματίζειν. videbatur nomen κέρμα duplicem complecti notionem, parvitatem et lucrum, itaque nostro loco συμφέροντα glossema appositum est, ut Aristophaneo l. s., quod in scholiis codicis Veneti servatur, κέρδεσιν.

33 μισθοῦται (Philippus) τὸν κατάπτυστον τουτονὶ . . . τοιαῦτα πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν καὶ ἀπαγγεῖλαι δι' ὧν ἄπαντ' ἀπώλετο. corrigendum est ἀπολείπει, cf. or. 19, 43 καὶ ψήρισμα κηῖσαι τοῦτο δι' οὗ Φωκεῖς ἀπολοῦνται. imperfectum tempus ex § 35 οἱ παρὰ τούτου λόγοι τότε δηθέντες καὶ δι' οὓς ἄπαντ' ἀπώλετο temere translatum est.

36 τί οὖν συνέβη μετὰ ταῦτ' εὐθύς, οὐκ εἰς μακράν; τοὺς μὲν Φωκέας ἀπολέσθαι καὶ κατασκαφῆναι τὰς πόλεις αὐτῶν, ἡμᾶς δ' ἠουχίαν ἀγαγόντας . . . μικρόν ὕστερον σκευαγωγεῖν ἐκ τῶν ἀγρῶν, τοῦτον δὲ χρυσίον λαβεῖν. igitur nunc tandem Aeschines aurum promissum a Philippo accipit, antea arrabonem tantum tulerat, ut cui parum rex fidei haberet? plus semel Aeschinem antequam Athenas rediret, auro corruptum identidem Demosthenes clamat (§ 32. 33 cf. or. 19, 166 sq.). qui mirum esset ni diversos pacis Philocrateae fructus acerbius comparasset, quippe qui probe sciret ex Phocensium agris praedium Aeschini a Philippo assignatum (or. 19, 145 cf. 314): τοῦτον δὲ χρυσίον λαβεῖν, eo scilicet tempore quo Attici ex suis agris profugiebant.

60 ἀ δ' ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐπὶ ταῦτα ἐπέστην ἐγώ, καὶ διεκωλύθη (Philippus), ταῦτ' ἀναμνήσω: sic nunc uno codice Σ eiusque gemello minore, Laurentiano Schultzii, freti edunt: ceteri codices omnes καὶ omittunt, quod potuit, ut memini in Syriano p. 920^b 22 et 931^b 17 factum, ante διὰ similibus litteris neglegenter geminatis facile nasci. Dionysius Hal. autem de Dem. 14 p. 998 διεκώλυον λαβεῖν exhibet omissa particula. in qua lectione vera falso miscentur. falsum dico λαβεῖν, quod nemo dubitabit quin glossema sit

(cf. προῦλαβε proxime antecedens). verum est διεκώλων, cui non nihil accedit fidei ex codice Laurentiano, cuius corrector eandem formam restituebat. legas mutata distinctione ἀ δ' ἀρ' ἧς ἡμέρας ἐπὶ ταῦτ' ἐπέστην, ἐγὼ διεκώλων.

XXVII Aristotelem ne errantem quidem inutilem nobis esse exemplo probabo. artis rhetoricae II 19 locos, quibus possitne aliquid potueritve fieri annon, orator disserat, excutiens inter alia haec profert p. 1392^b 5 καὶ εἰ ἄνευ τέχνης καὶ παρασκευῆς δυνατόν γενέσθαι, μᾶλλον διὰ τέχνης καὶ ἐπιμελείας δυνατόν, deinde prolato Agathonis exemplo pergit καὶ εἰ τοῖς χεῖροσι καὶ ἤτοισι καὶ ἀφρονεστέροις δυνατόν, καὶ τοῖς ἐναντίοις μᾶλλον, ὥσπερ καὶ Ἴσοκράτης ἔφη δεινὸν εἶναι, εἰ ὁ μὲν Εὐθύνοῦς (εὐθυνος cod. Parisinus, εὐθυμος alii, cf. Spengelius comment. p. 268 sq.) ἔμαθεν, αὐτὸς δὲ μὴ δυνήσεται εὐρεῖν. frustra haec verba in Isocratis oratione XXI viri docti quaesiverunt. itaque Benselerus de hiatu p. 56 idoneo teste sibi videbatur Aristotele uti, cum eam orationem Isocrati abiudicaret; cautius H. Sauppium orat. Att. II p. 227^a, Spengelius, postea ipse Benselerus in editione Isocratis Teubneriana vol. II p. 277 verba ab Aristotele servata inter apophthegmata rettulerunt. utrimque erratum est. exstat enim illa sententia in Isocratis oratione XVIII adversus Callimachum § 15 θανμάζω δ' εἰ αὐτὸν μὲν ἱκανὸν γινῶναι νομίζει ὅα οὐκ εἰκὸς ἀπὸ μυρίων δραχμῶν διακοσίας ἐθελῆσαι λαβεῖν, ἐμὲ δ' οὐκ ἂν οἴεται τοῦτ' ἐξευρεῖν, εἴπερ ἐβουλόμην ψευδῆ λέγειν, ὅα πλέον ἔδει φάσκειν τούτων δεδωκέναι. Aristotelem, cum nihil agat nisi ut argumentandi rationem exponat, consentaneum est sententiam potius quam verba illamque memoriter adferre. hinc factum ut Callimacheam causam cum Niciana, cuius sane quaedam similitudo est (cf. or. XXI maxime § 16 sq.), confunderet. sic autem iam constat Aristoteli utramque orationem et cognitam fuisse neque visam non genuinam. multum a viris doctis de forensibus quae Isocratis dicuntur orationibus dubitatur, Callimacheam Vrsinus et cum Cobeto Halbertsma (mnemosynae Lugdun. IV p. 220 sqq.) negabant, Dobraeus advers. I p. 281 dubitabat. quodsi memineras, quam accurate Aristoteles, qui vir aliquantum temporis una cum Isocrate Athenis agitavit, inter genuinas illius et suppositas orationes forenses distinxerit (cf. Dionys. de Isocr. 18 p. 576 δέσμιαι πάνυ πολλὰς δικανικῶν λόγων Ἴσοκράτειον περιφέρεισθαι φησὶν ὑπὸ τῶν βιβλιοπωλῶν Ἀριστοτέλης), Aristotelis illo testimonio concedes orationem simul XVIII et XXI omni suspitione liberari.

XXVIII Theophrasto charact. I ὁ εἴρων est τοιοῦτός τις, οἷος

προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθ' ἔλειν λαλεῖν, οὐ μισεῖν. sed ille verbo λαλεῖν non μισεῖν opposuit sed μύσαι. verba μύσαι (quod aequè de ore atque de oculis dici potest) μύζειν μύσαι itidemque latina mussare mussitare (muttere) cum proprie significant labiis clausis vocem reprimere, duplex eorum nascitur significatio, et vocem reprimere sive invitum tacere, et murmurare sive pressa voce stomachari, indignari. exemplum unum affero-Platonis Gorg. p. 480^o ἀναγκάζειν δὲ καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους μὴ ἀποδειλιῶν ἀλλὰ παρέχειν μύσαντα καὶ ἀνδρείως ὥσπερ τέμνειν καὶ κάειν ἰατρῶ, hoc est praebere se voce repressa viriliterque tamquam medico secundum urendumque; nec necesse erit μὴ μύσαντα cum Th. Bergkio scribi, qui propter volgarem verbi μύειν significationem illud ad oculos referebat.

ibid. 5 καὶ παρακληθεὶς δὲ πρὸς δίαίταν (sc. ὁ ἄρσεκος) μὴ μόνον ᾧ πάρεσα βούλεσθαι ἀρέσκειν ἀλλὰ καὶ τῷ ἀντιδίκῳ, ἵνα κρινὸς εἶναι δοκῇ. libri optimi non εἶναι testantur sed εἶς εἶναι, hoc est εἰσέναι. cf. [Demosth.] or. 47, 17 κελεύειν ξιμέ, εἰ βουλομένην, βασανίζειν (sc. τὴν ἀνθρωπον) καὶ μάρτυρας τοὺς δικαστὰς εἰσιέντας ποιῆσθαι ὡς ἐτοιμὸς ἔσαι παραδοῦναι.

6 ὁ δὲ ἀπονενομημένος . . . τῷ ἦθει ἀγοραῖός τις καὶ ἀνασευρημένος καὶ παντοποίος· ἀμέλει δυνατὸς καὶ ὀρχεῖσθαι ῥήμων τὸν κόρδακα κτλ. adiectivi παντοποῖός apud recentiores demum scriptores est usus. antiquiores si talem hominem notabant, παντοδαπὸν dicebant, ut ipse Theophrastus in prolixo libri περὶ μελαγχολίας fragmento inter Arist. problemata latente l. XXX 1 p. 953* 38 ὅδοι δ' ἄν τις ὅα παντοδαποὺς ἀπεργάζεται (sc. vinum), et p. 954* 28 ὅσοις δ' ἐν τῇ φύσει συνέστη κραῖσις τοιαύτη, εὐθὺς οὗτοι τὰ ἦθη γίνονται παντοδαποί, ἄλλος κατ' ἄλλην κραῖσιν, οἷον ὅσοις μὲν πολλὴ καὶ ψυχρὰ (sc. ἡ μέλαινα χολή) ἐνυπάρχει, νοθροὶ καὶ μυροὶ, ὅσοις δὲ λίαν πολλὴ καὶ θερμὴ, μανικοὶ καὶ εὐφρεῖς καὶ ἑρωτικοὶ καὶ εὐκίνητοι πρὸς τοὺς θυμὸς καὶ τὰς ἐπιθυμίας, ἔνοι δὲ καὶ λάλοι μᾶλλον. neque posteriores scriptores eius nominis obliti sunt, ut Achilles Tatius VII 1 Ταῦτ' ἀκούσας ὁ Θέρασανδρος παντοδαπὸς ἦν· ἤχθετο ὠργίζετο ἐβουλεύετο, cf. Iacobsius ad Achill. II 29 p. 572.

8 ὁ δὲ λογοποιὸς τοιοῦτός τις, οἷος ὑπαντήσας τῷ φίλῳ εὐθὺς καταβιβλὼν τὸ ἦθος καὶ μειδιάσας ἐρωτῆσαι Πόθεν σύ, καὶ λέγεις τι; καὶ πῶς ἔχεις περὶ τοῦδε εἰπεῖν καινόν; καὶ ὡς ἐπιβιβλὼν ἐρωτᾷ Μὴ λέγεται τι καινότερον; praeter minores quasdam maculas vocabula πῶς ἔχεις traiecta sententiam pessumdederunt. redde has interrogatiunculas loquaci: Πόθεν σύ; καὶ Πῶς ἔχεις; καὶ Ἐχεις τι περὶ τοῦ δεῖνα εἰπεῖν καινόν; καὶ ὡς ὑπολαβὼν ἐρωτᾷ κτλ.

9 extr. καὶ εἰπεῖν ὅτι λέλουται ἀπιῶν κἀκεῖ οὐδεμία σοι χάρις
fortasse scribendum ὅτι λέλουται προῖκα καὶ Οὐδεμία σοι χάρις.

16 superstitiosus dicitur τελεσθησόμενος πρὸς τοὺς Ὀρφεοτελε-
στάς κατὰ μῆνα πορεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικός, ἐὰν δὲ μὴ σχολάζῃ ἢ
γυνή, μετὰ τῆς τίτθης καὶ τῶν παιδίων. sic volgo distinguunt inepte,
cum appareat neutro modo infantes a patre posse domi relinqui.
itaque parenthesis saltem statuenda erat verborum ἐὰν δὲ . . . τίτθης.
sed concedes mihi opinor, si verba καὶ τῶν παιδίων librarii errore
traiecta et post γυναικός collocanda esse dixerō.

19 δυσχερῆς dicitur ἀναπόνητος ἐν τοῖς στρώμασι μετὰ τῆς
γυναικός αὐτοῦ κοιμᾶσθαι. vitiosum pronomen αὐτοῦ ex glossemate
ortum est et quantocius delendum. neque κοιμᾶσθαι recte habet,
fortasse latet θοινᾶσθαι.

20 ἀηδής sive potius, ut Blochius vidit nuperque O. Ribbeckius
(supra p. 141) probavit, ἄρεσκος notatur τὸ παιδίον τῆς τίτθης ἀρε-
λόμενος μασώμενος σιτίζειν καὶ ὑποκορίζεσθαι πομπύζων καὶ πανουρ-
γιῶν τοῦ πάππου καλῶν: corrige καὶ πανούργημα τοῦ παπ-
πίου καλῶν. infantem ille tamquam egregium paterculi facinus
h. e. quasi raræ cuiusdam in subigitanda muliere artis vel roboris
documentum admirari se simulat.

21 ὁ μικροφιλάτιμος talis perhibetur, οἷος . . . ἀποδιδὸς μὲν
ἀργυρίου καινὸν ποιῆσαι ἀποδοῦναι. etsi de verbis sententia
plana corruptis nuper et M. Hauptius et O. Ribbeckius dixerunt,
tamen neuter mihi persuasit. scrupulus omnis exemptus esset, si
probari posset Atticos non solum κόμμα sed etiam παῖμα dixisse,
quod uno quantum scio adhuc loco inventum est: in vetusto enim
Gortyniorum numo incisum est Γόρτυνος τὸ παῖμα, recte a Fr.
Lenormantio explicatum (*revue numismatique* 1864 t. IX p. 103 sqq.).
interim Theophrastum credo scripsisse ἀποδιδὸς μὲν ἀργύριον
καινὸν πορίσας ἀποδοῦναι. epitomæ Monacensis auctor accusati-
vum ἀργύριον legisse videtur.

XXVIII Vnde haud scio an nemo speraverit, ex commentariis
medio aevo in Martianum Capellam scriptis novum prodit Theophrasti
fragmentum, quod mecum olim Hermannus Hagenus vir doctissimus
et codicibus Helveticis excutiendis non solum ipse indefessus sed
ad aliorum quoque studia iuvanda numquam non comissime para-
tus communicavit. ascribam prius Martiani locum quode agitur,
lib. V init. p. 138 Grot., ubi artis rhetoricae apud Graecos initia
his aenigmatis indicantur: 'verum ante cunctos atque ipsam ducem
omnium feminam senex quidam signum praeiviam virgam gestans
lictoris Romulei praecedebat usu atque in eiusdem virgae culmine

corax oris aurati venientis feminae auspicio praevolabat. ille autem qui gestabat virgulam Tisias dictus cunctisque vetustior atque elatior videbatur. nam et suos minores ceteros, ipsam illam ducem, respectans superpositum corvum, commune pignus filiamque memorabat. quo argumento commoti quam plures deorum eam quidem nobilissimam feminam sed aut Apollinis cognatam⁶ credere, si Graia est, aut si Romulea de gente, Corvini⁷. in commentario igitur codicis Bernensis n. LVI^b (saec. VIII), quem Ioanne Scoto Erigena posteriorem esse iam Sinnerus in catalogo cod. ms. Bern. t. I p. 299 adnotavit, hoc scholion verborum 'aut Romulea de gente Corvini' f. 83^v exstat

Corvinus rethor fuit. ipse est et corax siracusanus qui
regulas theophrasti latinis tradidit. ^{ex ar̄tē peplo} ΕΚ · ΤΟΙ · ΠΕΠΛΟΙ

ⁱ · ΘΗΟΦ ΡΑΣ · ΤΟΙ ΤΗΧΝΕΝ · ΔΓΟΝ · ΚΟΡΑΞ ·
^{ppam} · 1 · artem uerborum philosophi

nom̄ ~ siracusus · 1 · adiuuenit
CΥΡΑΚΟΥ · ΕΙΡΑΤΟ

nolo inscitiam scholiastae plane admirabilem exagitare, cuius quasi ratio quaedam perspicitur, si graeca verba explanaverimus. ea quidem facillime restituuntur: 'Εκ τοῦ πέπλου Θεοφράστου· τέχνην λ'γων Κόραξ Συρακούσιος εἴρατο. in latina interpretatione, quae supra verum adscripta est, ar̄tē pro 'articulus' ponitur, supra Θεοφράστος non 'propriam' scriptum fuerat sed 'proprium nomen', ut statim 'philosophi nomen est' supra v. Κόραξ adnotatur: sed scholiasta dum 'propriam' legit, adiectivum ad 'artem' rettulit ideoque adscribi opinatus est, ut genetivus Θεοφράστου cum v. τέχνην coniungeretur 'artem Theophrasti propriam': hinc absurdum illud 'Corax Syracusanus qui regulas Theophrasti Latinis tradidit'. nam quod Corax inter Latinos fertur et 'Corvinus ipse esse et Corax' dicitur, eius inscitiae fons Martiani locus est, quem ut hoc maxime patefieret supra plenum apposui.

Pepli Theophrastei alterum vestigium non novi. neque magis mirum est si in librorum Theophr. indice Laertiano silentio premitur, quam si Aristotelis qui dicitur peplus in Hesychiano demum indice (n. 105 πέπλον et 169 πέπλον· περιέχει δὲ ἴστοριαν σύμμικτον) compareret. satis enim ex hoc uno fragmento apparet, variam in Theophrasteo quoque peplo historiam brevibus dictis et quae facile memoriae

⁶ de corvo ave Apollinea cf. Koppius ad Martianum p. 392.

mandarentur, comprehensam fuisse. atque sine dubio Aristotelis exemplum, ut similem Theophrasto fetum supponeret, nebulonem quendam commovit. qui si vere antiquis Theophrasti libris in concinnanda sylloge usus est, probabile est eum praecipue duos de rerum inventione libros, quorum inter scripta *περὶ εἰρημάτων* maxima laus fuit (cf. Christoph. Bruskerni diss. de rerum inventarum scriptoribus graecis p. 7 sq.), compilasse; sed haud scio an potius famam eorum secutus similia conquisiverit. ceterum talem hominem quis credat indice tantum libri et argumenti varietate exemplum Aristotelis expressisse, formam metricam tam paene necessariam huic scribendi generi respuisse? nonne ipso medio aevo *‘Θεοφράστου φιλοσόφου περὶ τῆς θείας τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων’* carmen factum est (vid. Ideleri phys. et med. Gr. min. II p. 328 sq.)? aut egregie fallor aut verba quae Theophrasto ascribuntur trimetrum iambicum efficiunt

τέχνην λόγων Κόραξ Συρακούσιος εὔρατο.

qui quam sit inelegans, dicere nil attinet. sed quod etiam prosodia nominis *Συρακούσιος* vitiatur, id indicio est hos versus memoriales aevo Byzantino, cui vocales *διχρόνους* notum est fuisse *ἀδιαφόρους*, sed ante medium saeculum septimum, quo pedum trisyllaborum usus Georgio Pisidae nondum prorsus interdictus (cf. Henrichsenus de versibus politicis Gr. p. 33 sq. ed. Lips.) mox obsolevit, confictos et Theophrasti nomine venditatos esse. Quae si recte statui, peplus Theophrasti inter eos libros graecos censendus erit, qui Carolingorum aetate Constantinopoli ad Francos advecti sunt, ut Dionysii Areopagitae qui fertur de caelesti hierarchia tractatus (cf. Staudenmaieri de Ioanne Scoto Erigena vol. I p. 162 sq.) et Prisciani Lydi aporemata (cf. Iul. Quicheratius *bibliothèque de l'école des chartes* 1853 t. IV p. 253 sq.).

XXX Itinerarii praeclari quod Dicaearcho perperam ascribebant fragm. I (in C. Muellere fragm. hist. Gr. t. II p. 254, in eiusdem geographis min. t. I p. 98) inter celeberrima Athenarum urbis monumenta haec memorantur: *ὁ καλούμενος Παρθενὸν . . . μεγάλην κατάπληξιν ποιεῖ τοῖς θεωροῦσιν Ὀλύμπιον* (immo *Ὀλυμπιεῖον*) *ἡμιτελὲς μὲν, κατάπληξιν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφὴν, γενόμενον δ' ἂν βέλτιστον, ἔπερ συνετελέσθη.* multum haec verba viros doctos vexarunt, donec inventus est qui omnia ut in excerpto tolerari posse iudicaret Frid. Osannus. sed manifestum est vocabuli *κατάπληξιν* locum in antecedenti versu esse iterarique illud errore librarii. sententia plana: Olympieum perfectum non esse, sed eo usque tamen exactum, ut structurae delineatio sive

futura species cognosci posset. legas: ἡμιτελὲς μὲν, κατὰ δὲ τὸν
 δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομίας ὑπογραφὴν.

Eiusdem fragmenti initium pessime habitum: Ἐντεῦθεν εἰς τὸ
 Ἀθηναίων ἔπεισον ἄστν· ὁδὸς δὲ ἡδέϊα, γεωργομένη πᾶσα, ἔχουσα
 τῇ ὄψει φιλάνθρωπον. corrigas: Ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἐπι οὐ-
 οιν ἄστν * * (intercidit stadiorum numerus)· ὁδὸς δὲ ἡδέϊα, γεωρ-
 γομένη, παρ' ἔχουσα τὴν ὄψιν φιλάνθρωπον. deinde non εἰ αὐτῇ
 ἔστιν ἡ προσυγορευομένη τῶν Ἀθηναίων πόλις sed εἰ αὕτη scribi
 debuit.

XXXI In scholiorum Dionysii Thracis indigesta farragine,
 cuius ex codice egregio musei Britannici eclogas non paucas Cramerus
 anecd. Oxon. t. III p. 308—330 edidit, gemmulae quaedam enitent,
 quas ex lautissimis eruditionis copiis relictas facile sentias. sic quae
 p. 314, 18 leguntur rythmi definitiones: Ῥυθμὸς ἔστι σύστημα συγ-
 κείμενον ἐκ χρόνων οὐ πάντων συγκειμένων πρὸς ἀλλήλους· οὐ γὰρ
 πᾶσα χρόνων σύνθεσις ἔρρυθμος· κίνησις χρόνων ἐν μεγέθει τακτῶ
 συλλαμβανομένη· ἢ ἀναλογία μεταξὺ δύο λόγων κειμένη τάξις, βρα-
 δέως τε καὶ ταχέως, eae unde fluxerint, dubium non erit, si quis
 meminerit Marii Victorini I 10, 13 p. 2485 P. Aristoxenus autem
 ait non omni modo inter se composita tempora rythmum facere.
 nam coetus temporum communis est rythmo et arrhythmiae. unde
 si apte congruant spatia, rythmum faciunt; si contra, arrhythmiam,
 ipsius Aristoxeni rythm. p. 272 Mor. οὐ γὰρ πᾶσα χρόνων τάξις
 ἔρρυθμος, Pselli c. 3 ἔστι δὲ ὁ μὲν ῥυθμὸς σύστημα τῶν συγκειμένων
 ἐκ χρόνων κατὰ τινὰς τρόπους ἀρρωρισμένους, οὐ γὰρ πᾶσα χρόνων
 τάξις ἔρρυθμος (id restituendum erat pro ἔρρυθμος, ut Aristoxeni
 loco pro ἐν ῥυθμοῖς), Aristidis p. 31 Meib. ῥυθμὸς τοίνυν ἔστι σύ-
 στημά τῶν ἐκ γνωρίμων κατὰ τινὰ τάξιν συγκειμένων (quocum cf. Psel-
 lus c. 6 ἐκ μὲν τῶν γνωρίμων κατὰ τὸ ποσὸν — sc. χρόνων — ὡς
 ἐκ μερῶν τινῶν σίγκνεται τὰ συστήματα), denique Pselli c. 6 τῶν δὲ
 ῥυθμιζομένων ἕκαστον οὔτε κινεῖται συνεχῶς οὔτε ἡρεμεῖ ἀλλ' ἐναλλάξ.
 quibus conlatis et Aristoxenus illarum definitionum auctor esse pro-
 batur et emendandi via aperitur. scribendum sic fere censeo: Ῥυ-
 θμὸς ἔστι σύστημα συγκείμενον ἐκ χρόνων, οὐ πάντως συγκει-
 μένων πρὸς ἀλλήλους (οὐ γὰρ πᾶσα χρόνων σύνθεσις ἔρρυθμος),
 (ἀλλὰ ἡρεμία τε καὶ) κίνησις χρόνων ἐν μεγέθει τακτῶ συλλαμβανο-
 μένη· ἢ ἀνά λόγον μεταλλάξει δύο χρόνων συγκειμένη τάξις, βραδέως
 τε καὶ ταχέως.

Non multo recentiore originem produnt, quae ex doctissima
 dissertatione, qua quid ad mores emendandos ars poetica valeret
 quaesitum erat, decerpta p. 312, 26 exstant: ἱκανὸς δὲ ὁ μῦθος

οιωπήσαι δι' ἡδονῆς· ἢ γὰρ μετὰ συλλογισμῶν ἀκρόασις πολλάκις τὸν ἀκούοντα πρὸς ἀντίρρησην κινεῖ· ἢ δὲ ποιητικῆ ἔχει μὲν τὸ προσαγωγὸν ἐκ τῆς ἡδονῆς, δυσωπεῖ δὲ οὐκ ἔξ ἀγῶνος ἀλλ' ὡσπερ φυσικῶς ἐναντιουμένη. τοῦτον γοῦν τὸν τρόπον φαίνεται καὶ Ὅμηρος πεποιηκέναι· ἐν ὄσῳ γὰρ αἰοδός (scrib. ὁ αἰοδός) παρῆν τῇ Κλυταμνήστρῳ, ἀπῆγεν (scr. ἀπάγειν) αὐτὴν τοῦ περὶ πορνείαν ἔχειν· καὶ τοῦτο ὁρῶντα Αἰγισθον πρότερον ἐκβάλλοντα (scr. ἐκβαλόντα) τὸν αἰοδὸν οὕτως ἀναπέισαι. sed eam partem, qua ad confirmandam sententiam exemplum ex Odyssea γ 267 sq. adfertur, is certe qui primus illam sententiam explanavit, non potest ipse addidisse. non aptum neque idoneum ad fabulae ipsius vim demonstrandum illud exemplum, quo vates ostenditur ᾧ πόλλ' ἐπέτελλεν Ἀτροείδης Τροίηνδε κίων εἴρυσθαι ἄκοιαν: quis enim v. εἴρυσθαι negaverit ad dissuasionem impudicitiae posse pertinere? sed inde ab Hipparchi et stoicorum diatribis contra Eratosthenis de artis poeticae officio sententiam scriptis hic locus in grammaticorum scholis decantatus tritusque fuit, cf. Strabo I p. 15 sq. Athenaeus I p. 14^b scholia Odys. γ 267, unde etiam in scholis de Dionysio Thrace habitis memorabatur cf. Bekk. anecd. Gr. p. 727, 18. his igitur resectis egregia relinquitur sententia, poeticam ipsa delectatione, non praeceptione mores emendare, turpia et mala non rationibus nec data opera sed suapte natura et quasi tacitam oppugnantem. graves in hac re partes sunt verbi *δυσωπεῖ*, cuius significatio quasi liberalior est neque tam arctis circumscripta finibus, quam qualem Plutarchus in libro *περὶ δυσωπίας* verbo tribuit et tribuisse Stoicos ibid. c. 2 p. 529^e tradit: carmina enim dicuntur pudore quodam spectantem audientemve afficere, cum res quae repraesentantur aut turpes horreat et aversetur, quod in se quoque cadere sentiat, aut pulcras admirando doleat, quod in se non perfectas inesse videat. est haec sententia, si recte a me explanatur, aliquantum diversa ab Aristotelis de effectu tragoediae doctrina, sed non tantum ut cum ea pugnet. cum metu enim et misericordia personas scaenae spectamus, cum pudore nos ipsos respicimus. sed non opus est sententiis diversis conciliandis, cum quod praecedit nostro loco colon *ἐκάνος δὲ ὁ μῦθος οιωπήσαι δι' ἡδονῆς*, etsi potest ad pleraque poeseos genera referri, tamen potius ita comparatum sit ut quaestio maxime de narrativo carminum genere instituta fuisse videatur. haec autem verba (modo, quod nemo non videt necessarium esse, *δυσωπήσαι* pro *οιωπήσαι* correxeris) manifestum est miro modo cum Aristotele convenire, qui primum summumque poetae tragici officium in argumento fabulae tractando ponit, cf. 6 p. 1450^a 15.

22. 38 ἀρχὴ μὲν οὖν καὶ οἶον ψυχὴ ὁ μῦθος τῆς τραγωδίας, δευτέρου δὲ τὰ ἤθη, τρίτον δὲ ἡ διάνοια. etiam maior est consensus, si, quod mihi satis probabile videtur, scriptum primitus fuit *ικανὸς δὲ ὁ μῦθος δυσωπῆσαι ἄνευ διανοίας*. nam ut Aristoteles poet. 6 p. 1450^a 23 de tragoedia iudicat *ἐπ' ἄνευ μὲν πρόξεως οὐκ ἂν γένοιτο τραγωδία, ἄνευ δὲ ἡθῶν γένοιτ' ἂν*, ita in epico carmine fabulae narrationem sententiarum explanatione et iudiciis interpositis facile carere posse, immo melius carere confessum est. Sed etsi dictio propria et concinna brevitate insignis suadet ut hoc fragmentum saeculo ante Chr. n. primo antiquius iudicemus, tamen ne ad Theophrasti aetatem referamus, verbi *δυσωπεῖν* significatio impedit genusque activum, cuius exempla saeculo post Chr. primo vetustiora aetatem tulisse non videntur, cf. Lobeckius ad Phryn. p. 190.

XXXII Dionysius Halic. antiqu. Rom. I 55 p. 141 R. ex oraculo sive Dodonaeo sive Sibyllino hoc refert *ἡγεμόνα τετράποδα ποιησαμένους, ὅπου ἂν κάμη τὸ ζῶον, ἐνταῦθα δέμασθαι πόλιν*. sed codex Vrbinas ὅποι exhibet. quo duce ὅπη ἂν κάμψη τὸ ζῶον restituemus simulque poeticum colorem (cf. Eurip. Hec. 1059 *πᾶ σπῶ, πᾶ κάμψω* sc. *τὰ κῶλα*, ut Soph. Oed. Col. 85 conlatus cum v. 19 docet) in verbis *ἡγεμόνα τετράποδα* et *δέμασθαι* conspiciendum huic quoque colo reddemus.

id. de Thucydidis idiomatis ad Ammaeum 4 p. 795 proposito nimiae brevitatis Thucydidiæ exemplo pergit *καὶ γὰρ ἐν τούτοις τὸ σημαίνόμενον ποιεῖ τὸν λόγον, ὡς κτλ.* locum Herwerdeno desperatum sic emendo *τὸ σύντομον ποιεῖ τὸν λόγον τοιοῦτον, ὡς* —. pronomen ex codice antiquissimo Parisino accessit.

ibid. 10 p. 799 *ἀρρενικῶν δὲ καὶ θηλικῶν καὶ οὐδετέρων ἀνταμετατάξεις ἐκβεβηκυῖαι τῶν συνθήων σχημάτων αἱ ταιαῖδε εἰσὶν οἶον τὴν μὲν ταραχὴν τάραχον καλεῖ, τὸ θηλικὸν ἐκφέρων ἀρρενικῶς, καὶ τὴν ἔχλησιν ἔχλον, τὴν δὲ βούλησιν καὶ τὴν δύναμιν τὸ βουλόμενον λέγει καὶ τὸ δυνάμενον*. codex Parisinus *καλῆ* exhibet et *λέγη*, non indicativos, neque οἶον sed οἶαν: corrigendum igitur *ὅταν . . . καλῆ . . . λέγη*. sed quod Thucydideum Dionysius testatur *τὸ δυνάμενον*, id in exemplis Thucydidis pridem oblitum sine dubio II 97 Dionysius legerat: ibi volgo scribitur *ὁμοῦς δὲ κατὰ τὸ δύνασθαι ἐπὶ πλεόν ἀντιῶ* (sc. *τῶ νόμῳ*) *ἐχρήσαντο*, scholiasta explicat *διὰ τὴν δίναιμιν*. etiam *τάραχος* masculino genere in nostris exemplis Thuc. non invenitur; sed emendatio incertior est, quia quinque locis II 84 *τὰ πλοῖα ταραχὴν παρεῖξεν*, III 75, VII 80, 86, VIII 42 quoniam adiectivum vel articulus non adiungitur,

aeque proclive librariis erat volgarem formam pro masculina interpolare.

XXXIII Aristonicus diplen versui *A 275 μήτε σὸ τόνδ' . . . ἀποαίρεο κούρη* adpositam explicans *ὅτι ἀρχαϊκῶς* inquit *τόνδ' ἀφαιροῦν, οὐχὶ τοῦδε.* ne Friedlaenderus quidem de hac adnotatione dubitabat, immo schematologiae Arist. p. 1 abusus ea est ut ad prisca sermonis necdum certis legibus adstricti fluctuationem multa in Homero revocata ab Aristarcho esse suaderet. meliora docebit Gregorius Cor. de dialecto Attica 40 p. 94 Schaeef. *τὸ παραλαμβάνειν τὰς αἰτιατικὰς πτώσεις ἀντὶ γενικῶν Ἀττικῶν ἔσαν ἴδιον· οἷον 'Μίτε σὸ τόνδ' . . . ἀποαίρεο κούρη' ἀντὶ τοῦ ἀπὸ τούτου.* cf. cod. Augustanus p. 673, X Sch. dubitabisne Aristonico *ἀττικῶς* restituere? Omnino operae pretium videtur factururus, si quis opusculorum de dialectis graecis fontes accuratius rimetur. quae dudum intellectum est ex eorum scriptorum qui in ludis tractabantur scholiis et glossematis corrasa esse. igitur ad scholia certe corrigenda et supplenda potest quaedam illinc utilitas percipi. sed etiam ad scriptorum emendationem aliquid erui posse speres. veluti quod de Dorica dialecto 13 p. 200 traditur *ἦν δὲ ὁ διπλασιασμός οὐ μόνον τῶν Ἰωνῶν ὡς εἴρηται, ἀλλὰ καὶ τῶν Δωριέων καὶ Αἰολέων.* ἔσα δὲ ὁ διπλασιασμός τοῦ αὐτοῦ συμφώνου προσθήκη καὶ τὸ μέσον οὐκ ἀποτελοῦντος συλλαβῆν· οἷον τόσον τόσσον, μέσον μέσσον, ἄδην ἄδδην, cum huius dialecti observationes XV primae ex Theocritea repetitae sint lectione, hoc quoque necessario ad Theocritum referemus. atqui *τόσσον* et *μέσσον* plus semel utrumque in eius carminibus legitur, *ἄδδην* nusquam invenitur. noris hos homines: omnia illa de geminatione verba nulla alia causa facta fuerunt quam ut forma paene insolita *ἄδδην* explicaretur. itaque nullus dubitō quin illa ex scholio fluxerint Theocriti 17, 10

Ἰδαν ἐς πολύδενδρον ἀνήρ ὕλητόμος ἐλθὼν

παπταίνει παρέοντος ἄδδην πόθεν ἄρξεται ἔργου,

scriptumque ibi fuerit *παπταίνει παρέοντ' ἄδδην.*

XXXIII Lucianus de conscrib. hist. 43 § 56 *καὶ ὁ μὲν νοῦς σύστοιχος ἔστω καὶ πυκνός, ἢ λέξεις δὲ σαφῆς καὶ πολιτικῆς: σύστοιχον νοῦν* quo pacto explicent, ipse videto in C. F. Hermanni commentario p. 265. unde si decesseris non minus haesitans, mecum corrigas *νοῦς ἐύστοχος ἔστω.* ibid. 48 (59) *καὶ ἐπειδὴν ἀθροισῆ ἀπαντα ἢ τὰ πλεῖστα, πρῶτα μὲν ὑπόμνημά τι συνυφαινέτω αὐτῶν καὶ σῶμα ποιείτω ἀκαλλῆς ἔπαι καὶ ἀδιάθροιστον· εἴτω ἐπιθεῖς τὴν τάξιν ἐπαγέτω τὸ κάλλος καὶ χρωρνύτω τῇ λέξει κατ. immo ὑποθεῖς τὴν τάξιν ἐπαγέτω τὸ κάλλος.*

Rhetorum praec. 6 καὶ δῖτα ἡ μὲν ἐφ' ὑψηλοῦ καθήσθω πάνυ καλὴ καὶ εὐπρόσωπος . . . , ἐπὶ θατέρῳ δέ μοι τὸν πλοῦτον δόκει παρεστῶτα ὄρᾶν . . . , καὶ ἡ δόξα δὲ καὶ ἡ ἰσχὺς παρέστωσαν καὶ οἱ ἔπαινοι —. sic pergit scriptor simul atque promisit se duas vias descripturum quibus ad rhetoricam perveniatur, quod promissum postea § 7 sq. solvit. evitanda necessario fuit partitionis figura, ne lector turbaretur. Lucianum puto edidisse καὶ αὐτὴ μὲν ἐφ' ὑψηλοῦ —.

In muscae encomio c. 8 glossemata Hercherum philologi t. X p. 342 non fefellerunt, sed partem tantum veri vir acutissimus vidit: πλήρης αὐτῇ πανταχοῦ τράπεζα· καὶ γὰρ αἴγες αὐτῇ ἀμιγλονται καὶ ἡ μέλιτα οὐχ ἥμιστα [μυῖαις καὶ ἀνθρώποις] ἐροῦνται, καὶ οἱ ὀνοποιοὶ ταύτῃ τὰ ὄψα ἡδύνοσσι καὶ βασιλέων αὐτῶν προγεύεται κτλ., ubi μυῖαις non minus insiticium est quam καὶ ἀνθρώποις. simul ad § 9 admoneo coniecturae certissimae a F. Matzio inter dissertationis theses absconditae πλάνητα τὴν οὐκῆσιν (πιῆσιν libri) κατὰ τοὺς Σκύθας ἐπανηρημένη, ut simul verbum corrigam: ἐπανηρημένη.

Etiam libelli adversus indoctum emblemata habeo quae describam. lepida fabula Neanthi lyra Orphica superbientis hunc exitum habet c. 12 ἄχρι δὴ ξυνελθόντας τοὺς κύνας πρὸς τὸν ἦχον . . . διασπᾶσθαι αὐτόν, ὡς τοῦτο γοῦν ὅμοιον τῷ Ὀρφεὶ παθεῖν [καὶ μόνους ἐφ' ἑαυτὸν ξυγκαλέσαι τοὺς κύνας]. multo peius proxima c. 14 habita sunt: χθὲς δὲ καὶ πρόην ἄλλος τις τὴν Πρωτεύς τοῦ κυνικοῦ βασηριαν . . . ταλάντου κάκεινος ἐπρίατο . . . αὐτὸς δὲ [ὁ τοῦ θανυμαστοῦ κτήματος δεσπότης] καὶ αὐτὸν σὲ τῇ ἀπαιδευσίᾳ καὶ βδελυρίᾳ ὑπερηκόντισιν. [ὄρᾳς ὅπως κακοδαιμόνως διάκεισαι βακτηρίας ἐς τὴν κεφαλὴν ὡς ἀληθῶς δεόμενος;] λέγεται γὰρ καὶ Διονύσιον τραγωδίαν ποιεῖν κτλ. alterum emblemata Sommerbrodtius agnovit, qui tamen fallitur cum λέγεται καὶ, deleta γὰρ, edit. videlicet impudenter a rhetore quodam huic loco illusum esse, qui non solum aliena inculcavit sed etiam genuina mutavit. eo enim, quod novae historiae initium fit a γὰρ particula, apparet antea dicta esse quibus narratio introduceretur: (αὐτὸς) δὲ καὶ αὐτὸν σὲ . . . ὑπερηκόντισεν. interpolatori igitur αὐτὸς pronomem debetur, Lucianus haud scio an ἔστι δ' ὅς καὶ αὐτὸν σὲ κτλ. scripserit. in eodem libello c. 7 ἐκεῖνος τοίνυν ὁ Θεορίτης ὁ τοιοῦτος εἰ λάβοι τὴν Ἀχιλλέως πανοπλίαν, οὐκ εἶ οἶτι ἀντίκα διὰ τοῦτο καὶ καλὸς ἄμα καὶ ἰσχυρὸς ἂν γένοιτο furca est coniunctio ὅτι expellenda, quae indocto homini debetur; de interposito οἶε cf. Heindorfius ad Plat. Theaet. 12 p. 147a.

XXXV Appiani verba prohoem. c. 3 Ἰταλία μακροτάτη δὴ

πάντων ξθνῶν οὔσα cum olim (huius musei t. XVI p. 481) putido vitio liberarem, grammaticorum quidem testimonia mihi ἰσθμῶν restituenti non defuerunt, quibus addere alia possum, sed scriptorum exemplis insolitam huius vocabuli significationem confirmare nequibam. unus tamen extat locus, qui certissimam emendationi meae afferat confirmationem, quippe quem Appianus manifesto expresserit, Dionysii perieg. v. 98

σκαίῃ δ' Ἀυσονίων παραπέπταται ἄσπετος ἰσθμός,
 πουλιτενής, τρισσῆσι περίδρομος ἀμφιπέτρης.

De qua re non inutile mihi visum est monere. multum enim inter se virorum doctorum de Dionysii aetate distant sententiae. Appianus autem, quem constat adolescentiam in Aegypto patria agitasse, inde non ante annum 115 p. Chr. (cf. fragmentum ab E. Millero editum *revue archéol.* 1869 febr. p. 102 sqq.) Romam petiisse, ibi tum causis orandis illustrem iam senem ab Antonino Pio procuratorem factum Frontone suasore, historiarum prohoemium scripsit circiter annum 150, cf. c. 7 ubi imperatores Romae ἐγγυτάτω διακοσίων ἐτῶν regnasse tradit, scilicet inde a dictatura Caesaris a. 49 a. Chr. hoc igitur tempore Dionysii periegesis Romae nota iam fuit. sic eis quae C. Muellerus geogr. Gr. min. t. II p. XVI. XVIII sq. de Dionysii tempore disseruit, argumentum accedit haud spernendum. possum aliud paullo levius addere, scriptorum illustrium tabulam nunc Bodleianam, in qua didactici poetae secundum temporum ordinem dispositi recensentur Ἄρατος στίχους, Νικάνδρος ὁμοίως, Διονύσιος ὁμοίως, Ὀππιανὸς ὁμοίως (Cram. anecd. Par. III p. 195, 20). sed in Dionysium cum sermo incidere, utor hoc loco ut promam quod C. Muellerum l. s. p. XXVI fugit, ubi de Ornithiacis Dionysii dixit. cautius illo Bernhardyus ad Dionys. p. 503 de verbis paraphraseos p. 200 Schn. Διονύσιος δὲ αὐτὰ (sc. τὰ περὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ἀγρᾶς τῶν ὀρνίθων) παρὰ τοῦ τῆς Αἰητοῦς Ἀπόλλωνος διδαχθῆναι φησι iudicaverat. sed tamen recto quodam sensu ducti fuere, qui Ἰξευτικά illa (in Schneideri Oppiano p. 173 sqq.) Dionysii ornithiacon paraphrasin habebant. iam enim ex cod. Par. 1843 Cramerus anecd. Par. I p. 21 — 42 paraphraseos multo plenioris fragmentum edidit, cuius exordio imperatorem illum Byzantinum, cuius rogatu libellus scriptus est, comperimus cognoscere voluisse πάνθ' ὅσα περὶ πτηνῶν τῷ ποιητῇ Διονυσίῳ συγγέγραπται.

XXXVI Verba timendi non aliter Graeci cum dativo iungere poterant, nisi qua re ut fugeret aliquis paveretve efficeretur, dicturi erant. sed ne hac quidem ratione dativum usus recepit. neque id

mirum. nam quod timorem animo humano gignit, idem plerumque timetur. inspicias Rhesi v. 36 ἀλλ' ἢ Κρονίου Πανὸς τρομερᾶ μάσγι φοβῆ, vides quam propria dativus significatione sit quamque ea ab accusativo aliena. intelleges igitur non satis Graecam orationem Oribasio a Parisiensibus editoribus datam, cum libr. incert. fr. VI vol. III p. 102, 1 scriptorem sive Galenus est sive Rufus, postquam gravidas mulieres iussit φυλάσσεσθαι καὶ τοὺς μεγάλους ψόφους, pergenter sic facerent: καὶ γὰρ ὑπὸ βροντῆς ἀπέφθειράνταν καὶ ἄλλως ψόφω δέισασαι. aliud ibi vitium sermonis accedit; neque enim eas mulieres scriptor dicit quae aliquo strepitu territae sint fuerintve, sed eas quae soleant strepitu facile perterreri. atqui is codex qui unus hoc fragmentum medicis illis philologis suppeditavit, Parisinus dativum non testatur. scriptum ibi φροδίσασαι addita inter lineas ψο syllaba. hinc vera lectio facile emergit ψοφοδεεῖς οὔσαι.

Ceterum multa in Oribasio emendanda editores Parisienses reliquerunt. vel quae unius litterae mutatione restituenda esse et sententia et grammaticae leges monent, intacta leguntur. cuius negligentiae unum de multis promo exemplum. libri incerti fr. VIII ex Galeno sumptum vol. III p. 112, 10 his verbis clauditur: μεσούσης δὲ νυκτὸς ἐπιχειρεῖν ἀφροδισίοις σφαλερὸν ἐπὶ ἡμέρῳ τῷ σιτίῳ. σφαλερὸν δὲ καὶ ἔωθεν μήπω διακεχωρηκότος, καὶ εἴ τις τύχοι μὲν μὴ καλῶς ἐκπέψας, εἴ γε δὴ καὶ τύχοι, μέλλοντι γε ἄλλων ἔργων ἔχεσθαι. coitus matutinus eis maxime nocere dicitur, qui cibos sive nondum emiserint sive non bene digesserint; adduntur ei quoque qui bene digesserint, aliis tamen rebus statim operam daturi sint. quos apparet adiungi non posse per γε particulam, sed per δὲ aut τε. locus integer erit, modo quod priori membro perperam insidet μὲν ex negatione ortum deleveris. scribendum καὶ εἴ τις τύχοι μὴ καλῶς ἐκπέψας, εἴ τε δὲ καὶ τύχοι, μέλλοντι γε κλ.

XXXVII Proclus in commentario Timaei p. 27 ed. Basil. οὐα γε μὴν τὰ Παναθηναῖα τοῖς Βενιδείοις εἶπετο, λέγουσιν οἱ ὀπομνηματισταί, καὶ Ἀριστοτέλης ὁ Πρόδιος ἱστορεῖ (μαρτυρεῖ ex codice Augustano Schneiderus, opinor, non recte) τὰ μὲν ἐν Πειραιεῖ Βενίδεα τῇ εἰκάδι τοῦ Θαργηλιῶνος ἐπιτελεῖσθαι, ἐπεσθαι δὲ τὰς περὶ τὴν Ἀθηῶν ἑορτάς. grammatici eruditionem ea produunt quorum auctor Aristoteles perhibetur, verique est admodum simile hunc ipsum inter commentatores Timaei Platonicum esse referendum. at Rhodium Aristotelem non novimus nisi legatum Romam a. u. 589 missum et a Polybio l. XXXI fr. 1 memoratum. quare dubi-

tare noli, quin non Ἀριστοτέλης sed Ἀριστοκλής⁷ ὁ Πρόδιος grammaticus non obscurus a Proclo dicatur, quem Strabonis aetate de arte grammatica et de dialectis libros scripsisse constat (cf. C. Muellerus in fragm. hist. graec. t. IV p. 329). multa cum in scholiis et Platoniorum diatribis tum in glossarum copiis vestigia sparsa sunt, quae non solum philosophos sed etiam grammaticos Platonis dialogis enarrandis operam dedisse conprobent. atque omnino grammatici ut rhetoribus in Aeschine Demosthene Thucydide, sic philosophis in Platone verborum eorumque quae ad historiam pertinent memoriam suppeditaverunt. unum igitur ex eo numero reciperasse mihi videor.

Mirum est quod in eiusdem quae feruntur scholiis Hesiodicis editores sententiam putido codicum vitio deformatam patienter tolerarunt ad operum et dierum v. 789 (793): τὰς ἡμίονους οἰκειοῦσαι τῇ σελήνῃ, διὸ καὶ πανεὶς αὐτὴν φασιν ἐφ' ἡμίονων (fort. ἱμίονου) ὀχεῖσθαι. καὶ γὰρ ὁ μὲν ἵππος ἡλιακὸν ἐστὶ ζῷον, ὡς εὐδρομον, ὡς χθόνιον καὶ Τυφῶνι φίλον καὶ συνουσιαστικόν. ἡ δὲ σελήνη μέση ἀμφοῖν, γῆς μὲν ἔχουσα τὸ σκοτιέσθαι, ἡλίου δὲ τὸ οἰκεῖον εἰληχέναι φῶς. ταύτῃ μὲν οὖν οἰκεῖται πρὸς αὐτὴν ὁ ἡμίονος. de summa sententia dubitatio nulla est. luna coniunctam in se solis habet et terrae vim: qua re cum ecus animal sit soli sacrum, asinus terrae, mulus quippe iunctis solis et terrae animalibus ortus merito tribuitur lunae. quam rationem Proclus significare non potuit nisi sic: καὶ γὰρ ὁ μὲν ἵππος ἡλιακὸν ἐστὶ ζῷον ὡς εὐδρομον, ὁ δ' ὄνος χθόνιος ὡς Τυφῶνι φίλον καὶ συνουσιαστικόν. ceterum vide ne Proclus non εἰληχέναι sed εἰληχῆναι scripserit.

XXXVIII De Panis religionibus testimonium exstat in theologumenis arithm. p. 60 Astii, quod quoniam vitiis obsitum est neglectum fuit. adpono emendatum: ἡ Πάν (πάν editur) ἡ δεκάς καλεῖται ἀπὸ τοῦ μυθεομένου· δεκάδι (δεκάς ed.) γὰρ καὶ οὗτος (οὗτως ed.) τιμάται. καὶ (addendum γὰρ) ταῖς τῶν μηνῶν δεκάταις (δεκαταίαις ed.) παρὰ τῶν ἀγροίκων τιμάται, καὶ ὑπὸ δέκα ὡς (καὶ ed.) ἐπίπαν· ὑπὸ ποιμένων, αἰπόλων, βοσκῶν, ἵπποφορβῶν, πολεμικῶν, κνηγῶν, ἀλιέων, κηπουρῶν, ὑλοτόμων, τῶν θεμελιῶν πινὰς καταβαλλομένων. Pani denarium numerum sacrum esse, duo afferuntur

⁷ sic Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας δέκα βιβλίοις in Ioannis Philoponi in Nicom. arithm. p. 1, 15 codice antiquissimo Gottingensi itemque Hamburgensi scribitur. apud Varr. de l. l. X 10 p. 550 Aristoteles, ut est in codice Florentino, in apographis Aristotelis audit. taedet plura congerere.

argumenta quod decimo cuiusque mensis die ei sacrificetur, et quod decem omnino hominum rusticorum genera honore eum afficere soleant. unum incertum relinquo, quodnam nomen verbis ὑπὸ δέκα ὡς ἐπίπαν scriptor addiderit, γενῶν an aliud. Leviuscula quaedam in theologumenis corrigenda addo p. 18 σὺν γὰρ ἑτέρῳ μόνον οὐκ ἂν ποτε εἶη α, κατὰ δὲ τὴν δυνάδα· ἑτερότητος γὰρ πρωτίστη ἔννοια ἐν δυνάδι· πρὸς ἕτερον δὲ πως ἢ μουσικὴ φαίνεται σχέσις πως οὕσα: hic ante ν. κατὰ plene distinguendum scribendumque κατὰ δὲ τὴν δυνάδα μουσικὴ (sc. Θεωρεῖται)· ἑτερότητος κτλ. ibidem ὅτι καὶ ἴδιον τοῦ διδασκάλου τούτου τὰς ἐπιφανείας ὡς δὴ χροιάς ἔφασκον κτλ.: corr. τοῦ διδασκαλείου. p. 57 novenarius numerus ὁμόνοιά τε καλεῖται καὶ πέρασις: at hoc malum est Astii inventum; in exemplari Parisino περασία est, in Photii ex Nicomacho excerptis p. 144^b 41 eadem Περσεία audit optime. sed etiam Περρασία cur recte dicatur, intellegatur ex eis quae huius musei vol. XXIII p. 351 disputavi. in fragmento Speusippi p. 61 scribendum fuit ἔσα δὲ ὁ δέκα τέλειος, non τὰ δέκα. deinde verborum πολλὰ γὰρ ἴδια ἔχει ἃ προσήκει τὸν οὕτω τέλειον ἔχειν [πολλὰ δὲ ἴδια μὲν οὐκ ἔσιν αὐτοῦ· δεῖ δὲ ἔχειν αὐτὰ τέλειον] alteram partem Astius temere damnavit, tamquam nil aliud esset quam ‘diversa praegressorum verborum scriptura’, poterat optimam sententiam sic restituere δεῖ δὲ ἔχειν καὶ τὸν τέλειον.

Dum in his plagulis operae exercentur, litterae H. Hageni mihi adferuntur officiosissimae et gratissimae, quibus ille omnia quae ad Martiani locum supra p. 605sq. propositum in bibliotheca Bernensi extant scholia non solum ex cod. LVI^b sed etiam ex altero eoque gemello CCCXXXI (saec. X) mea causa accurate excerptis. hinc fragmentum Theophrasteum video in altero codice f. 60^r paullò emendatius servari:

ex ar^t· artes
 ΕΚ · ΤΟΥ · ΠΕΠΛΟΥ · ΘΕΟΦ ΡΑΘΘΟΣ · ΤΗΣ ·
 uerborum inuenit
 ΝΕΝΔΛΟΓΟΝ · ΚΟΡΔΞ CIPAKOYCIOC ΕΥΝΔΤΟ.

reliqua scholia utriusque codici communia nihil afferunt bonae frugis, nisi quod de ‘cognata Apollinis’ iam scholiastam illum intellegas recte iudicasse, dum sic explicat: ‘ideo quia corvus avis (*h. v. post* est *ponit cod.* 56^b) Apollini consecrata est. Apollo enim divinationis deus est et hanc avem perhibent naturaliter (*naturaliter cod.* 331) prophetiam habere in oculis’.